6
25-B
51

6
25 N
13

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

15. 66
A
13

25. B. 51

Digitized by Google

Digitized by Google

AD

DEI Summi honorem, & S. Fontis Hebræi gloriam!

Ex Eôdem

UNICA VERA ET INFALLIBILIS

CHRONOLOGIA BIBLICA:

Quâ,

Per exactam veri Anni Hebræorum Civilis, cum verò Annô & hinc Geminô novo Cyclo Solis, atque Amborum cum Diebus Characteristicis Revelationum Divinarum in S. Textu Hebr. expressis,

consensionem perpetuam,

hactenus à nemine animadversam aut demonstratam,

Certô & continuô nexu, non tantùm per 6000 annos ab orbe condito ultra nostra tempora, sed & illustrium maximè eventuum Biblicorum Anni, ipsique Menses, & Dies, quin & Feriæ Hebdomadales, ita indicantur;

Ut Nucleus quasi totius V. T. scilicet J. C. præcisa tempora, ita nunc demum chronologicè exputentur, ad convincendos Judæos & Atheos, atque tollendas Scepticorum Suspensiones, *quomodo Historiæ Evangelistarum infallibiliter Eadem expunta clarissimè offert: sc.* Salv. JESU CHRISTI

	Anni Per. Iul.	A. Mundi.	Menses.	Mensis Dies.	Feriæ.	Quoti Dies Mundi.
CONCEPTI	4711	4139	XI Sbath	24	♄	1511692
NATI	4712	4140	VIII Chesvân	22	♄	1511965
CIRCVMCISI	4712	4140	Eôdem	29	♄	1511972
PRAESENTATI in Temp.	4712	4140	X Thebet	1	☿	1511974
BAPTIZATI	4742	4170	VIII Chesvân	20	♄	1522920
TENTATI in Deserto	4742	4170	X Thebet	2	♄	1522962
PASSI	4746	4174	I. Nisan	14	♀	1524165
RESVRGENTIS	4746	4174	Eôdem.	16	☉	1524167
ASCENDENTIS in Cœl.	4746	4174	II Iyâr	25	♃	1524206
MITTENTIS Spiritum S.	4746	4174	III. Sivân	5	☉	1524216

Cum *Admonitione*,

De consequente hinc ultrò CALENDARIORUM Juliani & Gregoriani, omnimodâ potiùs correctione, quàm ullâ conciliatione nec utili nec verâ futurâ, quæres Publica Imperii Comitia toties solicita habuit.

AUTORE

CHRISTIANO RAVIO BERLINATE,
HEBR. ET ORIENTALIVM LINGVARVM
PROF. REGIO VPSAL.

KILIÆ HOLSATORUM.
Literis Joachimi Reumanni, Acad. Typogr.
A. C. Vulgari & Vero 1670. Mundi 5810.

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS,
AUGUSTISSIMI AC POTENTISSIMI
SVEC. GOTH. VANDQ. REGIS AC DOMINI
HOC TEMP. TUTORI EMINENTISSIMO,
EJUSQVE ET REGNI SENATORI GRAVISSIMO:
EXCELLENTISSIMO, ATQVE ILLUSTRISSIMO
DOMINO,

DN. MAGNO GABRIELI DE LA GARDIE,

COMITI DE LEK-OE, ARENSBURG ET PERNAU,
LIBERO BARONI DE ECKHOLM,
DYNASTÆ DE HAPSAL, MAGNVSHOF, HOYENTORP
ET WENNEGAREN,
REGNI ET ACADEMIÆ VPSALIENSIS
CANCELLARIO MAGNO,
JVDICI PROVINCIALI WESTROGOTHIÆ ET DALIÆ,
HEROICA VIRTVTE, ET PRVDENTIA REGNATRICE,
MVSAGETÆ LIBERALISSIMO,
ORIENTALIS LITERATVRÆ PROMOTORI
GLORIOSISSIMO,
DOMINO SVO CLEMENTISSIMO.

UT ET

SUMME REVERENDO, EXCELLENTISSIMO,
AC PERILLUSTRI

DOMINO,

DN. JOHANNI ADOLPHO KIELMANN A KIELMANSECK,

IN SATRUPHOLM ET OBDORF HEREDITARIO,
CAPITULI HAMBURGENSIS PRÆPOSITO,
SERENISSIMO HOLSATIÆ DUCI
A SECRETIORIBUS REGIMINIS CONSILIIS,
ET CAMERÆ PRÆSIDI SUMMO,
IN TRITTAU, REINBECK, ET MORKIRCHEN,
PRÆFECTO PROVINCIALI SPLENDIDISSIMO,
MAGNO ET FELICI MELIORUM TEMPORUM STATORI,
NOVI HELICONIS CUNEATIS, INQVE EO
SPERATÆ S. ORIENTALIUM LITERARUM SEDIS
PATRONO MUNIFICENTISSIMO,
DOMINO SVO GRATIOSISSIMO
D. D. C. Q.

Humil.
CHRISTIANUS RAVIUS BERLINAS
PROF. REGIUS UPSALIENSIS.

Celeberrime Dn. Prof. Ravl, Frater in Christo conjunctissime,

Quandoquidem in tuus in me Amor est, meumq; erga Testudium, ut nō sine mea etiam qualucunque sententiola symbolâ, in publicam prodire lucem debeat Novum tuum & Incōparabile, [quomodo in Suecia Tibi scripseram], Opus Chronologicū: non possum non fateri, & conscientiam meam, imò DEum ipsum habeo testem, tantum abesse, Tuis quicquam dare velim auribus, ut potius infra rei & Operis ipsius dignitatem fit futurum, quicquid dixero; scil. me post natas literas, [Sacras ipsas me excipere intelligis, quibus Tuam debes Chronologiam S.], in hoc Eruditionis genere, post incertissima omnia, adeò certissimum, sibi undique respondens, & veteragonâ velut firmitudine absolutū, tamque utile insuper ac necessarium Christianis simul ac Judæis, Opū hanc vidisse unquam aut legisse, quàm hanc ipsam Tuam CHRONOLOGIAM BIBLICAM. Ecquem enim, [ut verbo dicam, quod pluribus pagella præsens non permittit] quem, dico, non afficiat intimè, & admiratione percellat summā, imò ad gratias devotas Summo illi Δωτῆρι ἐάων reddendas excitetēt de ac tantum nostro Seculo olatum Lumē Temporū sacrorum amprimis, & Messiam attinentium, quæ ipsis Prophetis Domini, auxiò conquisita, tamque solicito studio indagata, memorat Spiritus S. 1. Petr. 1. 10. & 11), ut è summè harmonico consensu, Libri Naturæ, (per accuratissimam & præcisam, quod Scriptura מדויק *Dan. 9, 24. vocat Annorū, Dierum, Horarum, minutorū, & secundarum, justaque hinc incalationis & decalationis, communiter anticipationis, observationem), cum Libro Scripturæ in suis characteristicis diebus revelationum divinarum, & aliis expressis diebus mensium in certis annis, locat præcisè, imò infallibiliter (ex infallibili illo principio æterni & inviolabilis cōsensus) determinare, tàm aliorum eventuum sacrorum maximè illustrium, tàm præcipuè SUMMÆ UNICÆ totius Scripturæ, nim. Dulcissimi nostri Salvatoris JESU CHRISTI, Nati, Passi, Resurgentis, &c. certissimum (in singulis) Mundi annum, mēsem, diem, ac seriam septimanalem, (semper & ubique invicem conveniantia omnia, sive experiamur à primo Mundi die illuc computando, sive ab hodierno die eōdem retrogrediendo, dum & impossibile est, per datam semel Anni præcisissimam mensuram vel bitū laxare, aut contrahere saltem unuo momēto, Dies aut Annos Tuæ Chronologiæ, [ceu negaturi id fortè, aut contradicturi, invenient sanè quod agant] Qualem effectum sacrum certè Orbis Christianus, gaudiò non minori quàm gratâ veneratione exosculabitur, & fortè ad uniformem hinc temporum rationem reduci possimiò poterit, (ni quidem semet voluntarii errorii irrefragabilis aliqui damnare ultrò malint): Judæorum autem gens, hactenus desperatissimè aliàs pervicax, de computò tamen suo hodiernò (à Creatione Mundi) non nisi ad Messiū duraturò, certa dudum, & persuasa, nunc ergò edoceda, & clarissimè convincēda, de illiq Æra sua necessariâ mutatione, (è principio V. T. utrinque agnitò & confessò), occasiōnē hinc etiam agnoscendi veri Messiæ fortietur, dum tot evidentissimarum συγκυρίων certitudinem ad oculum demonstratam, negare nulli poterunt, quin simul bis duo esse quatuor, non amplius permittere oporteat: cùm nulla omnium tuarum determinationum, sive ad Dies aut Annos Sabbathicos, sive ad Jubilæos, &c. tàm à Te volente fieri, quàm potius ultrò, non advocata, omnes sic necessariò confluant ad suos Temporū articulos, Teque simul ac Nos rapiant in sua certitudinis ἀναμφιβλήστου admirationem. Atque ut alios agnoscendi nunc & corrigendi calculi Chronologici, sec. tua demonstrationis evidentiam, primò publicò præsēm exemplò: nosti, Frater in Christo honoratissime, quod ante quinquen. in publicatimus Hebraicum Restituti Tractatu Tertio, scil. Vindiciis Script. Hebr. Anti-Capello-Waltonianis, Parte II. cap. 1, pro experimento Restituta Accentuum Divinorum in S. Textu Hebraeo Scripturæ, (quod Ministerium sensū vocamus), inter alia Scripturæ Loca, ostenderim rectiorem ex Accentuum tenore sensum Prophetiæ illius Danielitiæ, c. 9, de LXX Hebdomadibus, qui, ut inde fluit, exactissimè respondet veræ temporum & historiarū applicationi, (in quam 62. Interpretes & Chronologos, perpetuis anachronismis, falsis hypothesibus, & absurdis confectariis impingere, probavi, tùm & ipsum D. Calixtū, applicationem illius Classici Vaticinii ad historiam & res gestas, à nullò quantocunq; ingeniò humanò fieri posse, sed omnes operam ludere, qui id laborent, nec quenquam Eruditorum hunc scopulum prætervehi sine periculo potuisse, graviter convestum judicavi. In illa mea fusâ & plenâ Disquisitione summi momēti* Ζητήματος, *cum cardine quæstionū Judæos inter & Christianos, ubi (quod ex animo mihi gratulatus sum) omnia alia mea* Terminalia *Tempor. (secundum sensum Accentuum ex Accentuum ratione deductum) quadrant exactissimè cum Tua nunc Demonstratione Chronologicâ, tàm quā* Templi Secūdi ultimum quadriennium sub Dario Nothō, non Histaspidis, quàm verum initium illarū LXX Hebdomadum, non ab alio quàm Cyro Liberatore ducendum, idq; per intercalarem Angeli, (Mystici Consolatorū potius quàm puri Historici), computum in primo Intervallo 7 hebdom. *cum quā singulorum Intervallorum 7, 62, & 1. Hebdomadum justam discretionem, (extra fidem alia* ὑπερβολικά, *), & argumentorum historicorum ad singula initia, & fines, eram applicationem, tùm denique quā* verum finem LXX Hebdomadum, *scil. non Excidium Hierosolymorum, aliis, sed determinatissimè* ipsum Dn. Messiam Liberatorem spir. *in quibus plerq; Patres dissensu aberrasse Chronologorum Principes, ibid. ostendi: Ita nunc publicè testarum hunc Velle, rectiq Tuam Chronologiam edocere, scil. ultimum Hebdomadis* Triennium cum dimidio, (*in quo nunc aberratur, alter calculi series*), in ipsā MORTE Christi non $3\frac{1}{2}$ *annis demum fuit* in professione Christiani Nominis Antiochena, *ut tunc Velueram, esse terminandum. Quo nomine emendationem meā, ex amore Veritatis Sacræ, publicas hic Tibi decerno grates; speransque simul non minus quā optans, ut & reliqua tua Chronologorum & Historicorum, in seximum & duplum decurrantū, manum cuncta, ut Tua superabilia videantur, saltem ò confusio ipsimet perpetui conflictū & desperatæ certitudinis argumēta, Seriora & certiora nunc decerni patiantur Velis nos posit. DEUS Pater Dnī nostri IESU Christi, quo hoc immēsum Donum sua Benignitate in Te contulit, & eō nomine me estò glorificatur), porrò in huc & alia Literatura Orientalia promovendā studia, Tibi mihiq; suā adsit Gratiā, ut ab hac non minimò, ad maiora tamen augenda ipsi, Gloria, & amplitudi Regni nostri Salvatoris, momenta, ipsius Spir. S. χαρίσματα, elementor provehamur. Destructores autem Veritatis Hebraeæ, cum pertinaci Presbyterio quoq; abrogantes, (heu nefas!) deinceps, Velut hactenus* OBMUTUERUNT, porrò *desinā* Os in cœlū ponere, & aguinibus Israelis *improperare sudam* ἀντεγλωσσίαν, *quod DEUS ipso ab Ecclesiā sua averrūcet malum. Propter Nominū sui* דמ״ ת *gloriam? Quod tū μυχῶ* φρενῶν *Velet,*

Dab. è Museo
d. 24. Feb.
A. 1670.

Celebert. Nom. T. studiosissimq; Christo Frater amantissimus,
MATTHIAS WASMUTH, D. P.

In Nomine SS. Trinitatis!

CHRISTIANI RAVII BERLINATIS

Introductio Generalis ad Lectorem Benevolum.

1.

Historia est descriptio rerum gestarum à certis personis. Habet autem Geminum oculum; circumstantiam sc. loci & temporis: quorũ alter utro deficiente, vel corrutiente, quin vel lippo saltem, deformis statim reddetur. Degenerat quippe in fabulam etiam verissima *historia*, si personas locum & tempus non exprimas. At fabulam pro veritate venditare sæpè solent homines, falsis circumstantiarum istarum glumis eam exornantes.

2. Harum autem duarum circumstantiarũ una, Temporis annotatio, cui observantiam jure admetimus, ita est veritatis lux, ut certitudinem, quasi animam rei gestæ, per lucidè distincta tempora propterea diuturnam reddat & infallibilem, quia cum personas & loca nequeant lectores, certè facilè repræsentare sibi possunt secula & annos, menses & ferias.

3. Ac nescio quomodo ista una omnium minimè observetur, & per fœdam hominum in diem viventium, tàm res gerentium quàm annotantium, securitatem justo frequentius annus mensis ejusque certus numero dies; character autem eorum infallibilis, feria hebdomadis frequentissimè omnium omittatur: quomodo fit, ut longò post tempora chronologica inquisitio vel ex desperatione, ceu enucleatu impossibilis, vel contemptu, qui infra dignitatem posita non sit tanti, rejiciatur: Biblica autem, quasi non de fide sit, & prorsus incerta pro lubitu eruditorum fluctuet, exposita sit vel risui, vel etiam odio, eò quòd molle otium, strenuis exosum, molestè interturbet ignavis ignarisqi.

4. Et fatendum est, exoticarum rerum quamplurimarum, quarum tituli & nomina, personarum locorumque sola supersunt, ea est incertitudo, quà incertior dari vix possit, ut doceant Historici dubitare, num Epochæ Troiæ captæ, Olympiadis primæ, Urbis conditæ, Casus Sardanapali, & ejusmodi aliæ, sint curandæ: præcipuè autem de Regibus Assyriorum singulis, annon sint à Berosso æquè confecti, atque à Ptolemæo Mendesio seu Manethone tot Ægyptiorum Reges & Dynastæ; cum supra laudatæ Epochæ tribus, quatuor, sex vel octo diversis initiis cœpisse tradantur: & 178. annorum spatium in Assyriacâ serie desideretur. A solâ verò Chronologia Biblicâ ad veriores annos mundi referri possunt, vel prorsus falsi convinci, & è Chronologicis jure proscribi.

5. Ut autem solus Deus est verax, ipsaque est sapientia, ita solos homines Prophetas Spiritus Sanctus reddidit hâc in re oculatos, ut hanc veritatis lucem accuratè, ubi opus erat & videbatur, annotarent; ut quibus dubii in tempore nihil, quibus tam amica fulgebat lux divina, quò non φιλαλήθως solum, quod & Exoticis interdum contigit, sed & uni veracissimè, sc. ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου φερόμενοι scripserint. Scilicet Divinus ille Moses, Prophetarum quasi Coryphæus Canonicam suam Chronologiam & Pentateuchum totam à Chronologicò termino בראשית Brefit, quod notat *in ipsò primò temporis articulo momento puncto*, incipit. Totus Prophetarum Chorus XLII. seculorum, Chronographiam in mille fere Bibliis locis per partes annotando, historias Propheticas, & Prophetias historicas infallibiliter prorsus, vel centies ad diem septimanæ certum, qui infallibilis character est, alligando conscripsere: idque omne maternâ, quæ Hebræa est, ejusque agnatis Chaldæis hinc inde partimper interspersis, consignare jussi sunt; ut pueri & puellæ etiam, non soli seniores & matronæ tempora rerum discernerent; nec carnaliter securi nescirent, quâ res divinas œconomiâ Deus in terris gereret. Quia Prophetarum libri in סֵפֶר יָשָׁר Canonem Biblicum Dei jussu recepti, sunt DEI in terris Vicarius nobis Judex infallibilis, & in maximis minimisque constanter conservati ad nostram, DEO sit laus, pervenerunt manum.

6. Textus ergò Ebræus ille incorruptus in literis vocalibus & accentibus, est etiam ultimò sui signaculo infallibilis, Chronographiâ sc. Spiritus S. DEI Jehovæ Opt. Max., ad lapsi generis humani solamen summum, exhibendum scil. visibiliter in plenitudine temporis, A. Mundi 4140. Mense Octob. 22. feria ♄ natum, & 29. Octob. ♄ circumcisum Messiam Mundi Salvatorem, tota spectans, & eo magis necessariò infallibilis, ut non origine gentis tribusqi solùm, & genealogiâ Matris Virginis Benedictæ & putatitii patris, regionis & urbeculæ suæ, sed & tempore regiminis tam suæ Gentis in Herode & Archelao deperditi, quam alieni Romanorum Dominatoris agnoscipossset.

7. Quomodò non tàm jucunditati lectoris prosani,

fani, quàm τῇ πληροφορίᾳ salutis æternæ piorum consignatus Canon Biblicus, per 42. illa, quæ dixi, V. T. secula tot certis epochis annorum mensium & feriarum hebdomadium constipatus est, quot exterorum Historicorum nemo; & dulcissimi Salvatoris nostri πάσῃ σοφίᾳ causâ, quot diebus annos constat, tot in Hebræis Bibliis locis, intra XII. duntaxat secula scribentibus Prophetis, extat variâ ratione memoria. Scilicet Maximus ille Moses, cui cedebant mentis umbræ, cœlesti quoties ab orbe Spiritus S. Eum illuminabat, jam inde ab ipsius universi primò initiò, Decimo quartò scil. mundi die factam, ad se natum 24. secula vetustam, repetit promissionem, & ferè centies causam Messiæ canit. Propheta Daniel autem, illud DEI delicium, VI. seculorum præceptione assignabat Messiæ ultimos in terris labores (& securam inde gloriam) per $3\frac{1}{2}$ annos prorsus certos. Esaias etiam VIII. seculis ante, annum ipsum Baptismi, quem & Moses qs. innuit; Zaccarias tandè, ut antea Moses in historia Diluvii, ἐνιαυτοκρατορικῶς seu conceptus noctem 24 Sbâth seu Januarii 4139 ♄, ac proinde nativitatis diem anni 4140, 22 Oct. ♄, quem annum & Moses qs. innuit, infallibiliter determinant.

8. Datur quidem ergo Chronologia Biblica V. T. Infallibilis & certissima, ut ad summam ne dies quidem desit; quæque antehac, quod in laudem DEI & hominum dicitur, à *Matthæo Beraldo* Gallo, *Broughtono* Anglo, *Daniele Pareo* Germano & quamplurimis posteà, non ut aliis, ex Profanorum seu Exterorum Historiis confarcinata, sed ex solius Sacræ Scripturæ authoritate demonstrari quidem tentata, sed non ad finem deducta est. Nunc autem, quod prætiscemi dixerim, hic per DEI gratiam demonstratur, *quod ex salâ Historiâ Biblicâ sacra*, uti supra laudatus Paræus Procem. Defens. p. 316. loquitur, *absque adminiculo profanorum Authorum, integra annorum series à principio conditi orbis usque ad aram Christianam à primo Adamo usque ad Secundum haberi possit.*

9. Neque id aliter fieri poterat, quàm ut feriæ hebdomadicæ mensium & annorum primæ infallibiles è Cœlo & Bibliis huc transcribi debuerint, gemino extante DEI beneficio, quo cœlitus placuit nunc demum duo præcipuè aperire. *Primò* justiorem & accuratiorem temporum mensuram, quâ veriore, quàm hactenus, anni mundi, qui & Ebræorum civiles, constituti sunt per veram & infallibilem cum annis Astronomicis adæquationem, idque è libro Naturæ, tanquam unâ manu divinâ porrectâ. *Secundò*, Alterâ item, quæ priori opem fert, certam sc. Methodum suppeditante Caleodas initiales annorum 6000, & singulorum in iis mensium investigandi, sive Eventibus sint exornati Biblicis, sive minus; idque è libro Scripturæ: ut, quemadmodum manus manum fricat, ita hæc duo nova reddant infallibilitatem per 42 mundi secula eventuum Biblicorum Cardinalium & Præcipuorum.

10. Et quanquam aliqua excogitata sit forma à *Julio Africano*, χρονογραφικῶν magni nominis Scriptore Ecclesiastico, qui sub Maximinò innotuit, ut habet Euseb. Hist. Eccles. 6, 31. vel ab ipsò *Eusebio Pamphili* (fortè & multis antè se seculis extantes tum Chronologos sunt duntaxat æmulati) & quidem ea, ut rationis judicio & intellectui præsentata non solùm sit omnis rerum gestarum varietas, sed & ipse operis aspectus per visibiles dimensiones decuriarum & centuriarum annorum, concordiam discordiamqs temporum per sese undique conspicuam explicarit, quam & *D. Hieronymus*, *Eusebii* interpres observat, & longo ordine quam plurimi ab illo ad *D. Lutherum*, *Ger. Mercatorem*, & Celeberr. tandem Do. D. *Christophorum Helvicum*, è Triquernorum Sparso Lucofeu Sprenlingâ oriundum, Theatri Historici & Chronologici Autorem diligentissimum. Sed cum hac divisione annorum necessarium errori remedium non sit allatum, neqs inde memoriæ suppetat (etiam de nocte in lecto) meditanti, si detur certi mensis anniqs dies numero determinata quæcunque, in quam feriâ hebdomadicam, veritatis characterem infallibilem incidat: vel, si ea falso visa πεπεφρίγια non requiratur, ut absque libro & tabulis cuique dato anno initiales suas Calendas quis assignet; id quod per Cyclos Solis Minores, Majores & Maximos, ann. 28. 112 & 784 expeditissimè est: ac proinde artificialem hanc viam, quæ veriorem concordiam discordiamqs temporū aperit, illi decadū inartificiali methodo longè præferendā esse cordati mecum judicabunt Deoq. gratias agent.

11. Obstat quidem hactenus quadruplex genus Eruditorum Chronologicis hisce laboribus. *Primum*, qui Cyclorum & curam ingeniosiorem, à maximis viris semper maximi habitam, non leviter spernunt, quin & gravi oratione longum valere jubeat, etiamque Jacobum Gordonum ita facere, qui magnus & ipse sit Chronologus, obmurmurant. *Secundum*, qui nimis χαλεπὰ & difficilia pro ἀδυνάτοις prorsus seu omninò impossibilibus invidiosè proclamāt. *Tertium*, qui divinæ infallibilitati humanam incertitudinem patili honore opitulaturam putant, s. per profanorum Historicorum varietatem, Infallibilem authoritatem sacrā perficiendam eo nectunt, & humanā omninò necessariam opitulationem quovis modo loco & tempore urgent. *4tum*, quibus perinde est, sive unquam Salvator M. natus sit, sive non; sive id possimū de tempore argumentū ad convertendos, ubi DEO placet, Judæos, ex Veteri etiam Testamento demonstrare eis ad oculum queamus, sive non; sive illi & Turcæ convertantur Gentesque aliæ Christum ignorantes, sive non; dum Extera sibi constet sic satis bene historica certitudo; quales sunt non Athei solum Professi, sed & omnium Statuum multi, & Academici quidam, qui πληροφορίαν Christianam minimè requirunt, sive Christi tempora demonstrari possint, seu minus: quin & meram Probabilitatem, reliquis Chronologis consuetam, & hicau mea volunt servatam, Sc. ut de Infallibilitate, quam ex Bibliis transcra-

scribendo fallibilem reddere interpres non potest, nolint mundo pie congratulari, sed quasi infallibilitatem superbè suam faciat Interpres, piè, ut impiè ajunt, Eũ odisse & persequi quovis modò pergunt.

12. Hoc omnes, ut multum humani passos, quibus melior mens à me optatur, vario affectu considero: sed da certitudine duntaxat desperabundos, quorum ingens copia est, *Cl. David Parau* in præsens repræsentet, qui Prooemio defensionis Chronologiæ Synopseos p. 514. ita habet. *Tempus Astronomicum à primo creationis puncto ad principium Æræ Christianæ exactum, qui se dare nobis posse promiserunt, favore mihi digni videntur magis, quàm laude, quia majus quid ingenio humano moliuntur.* Ac testimonio Idem statim animum, ubi pergit. *Nisi forsè hæc tria nobis præstare possint. 1. Primum punctum motuum à priori certum dare. 2. Inde à primo puncto ad CHRISTI natalem motuum perpetuorum tabulas verus & certas exhibere. 3. Epocharum & Eventuum singularium vel præcipuorum alligationem ad motuũ tabulas verum certumq; designare.* Ac verò hæc tria per D. G. omnino præsto. Et retrogradam à quovis datò die ad ipsum primum Mundi diem supputationem infallibilem magnus ille Pater Græcos *Basilius* in Hexaem. hom. 1. sperat. Ἀφὲ χρόνου ἤρξατο ἡ τῶ κόσμου τάξις, δυνατόν σοι μαθεῖν. ἐὰν γὰρ ἐκ τῶ παρόντος εἰς τὸ κατόπιν ἀναπιδίζων φιλοπονήσῃς εὑρεῖν τὴν πρώτην ἡμέραν τῆς κόσμου γενέσεως. εὑρήσεις γὰρ ἄτυς, πόθεν τὸ χρόνου ἡ πρώτη κίνησις. *Scire sane possis, à quo primum tempore cœperit illud mundi systema, si scil. à præsenti quovis die ad superiorem regressus primum mundi conditi diem assequi contenderis. Hoc enim pacto invenies, à quo die primus motus temporis sit deducendus.* Ac supputatio à priori longè certior & facilior est. Et *primum punctum motuum à priori certum dant Biblia.* Geo. 1, 1. *In ipso primo temporis puncto, momento & articulo creabat Deus cœlum & terram. 2. Terra autem erat confusa & invisibilis: nam tenebræ extabant per totam faciem abyssi* (cœlestis), *& Spiritus Dei quietè incubabat superficiei aquarum* (globum terrenum tegentium). *3. Post hoc* (12 hor. nocturnum) *dixit Deus, esto lux, statimq; fiebat lux. 4. Vidit namq; Deus lucem hanc esse bonam & utilem: ut quæ ex aquô bisecabat Deus spacia* (tempora) *lucis & tenebrarum. 5. Lucemq; Deus vocavit diem, tenebras autem vocavit noctem: sic fuit nocturnum, & fuit diurnum, dies cardinalis primus.* Ita mecum omnes Astronomi, omnesque veri Chronologi, & Commentatores in h. l. Theologorumq. Elegantissimi quamplurimi. Ergò ab Æquinoctiò primum punctum motuum extitit, ut eum Duodecim horis diei primi Cardinalis (omne enim Primum sui systematis est Cardinale) præcisè fuerit nocturnum, totidem diurnum quoque præcisè durarit.

13. Æquinoctium autem Vernum non Autumnale fuisse mundi conditi primum, probatur Apodicticè ex Scripturâ Sacrâ variis modis. 1. quia inde à mundo condito usq; ad annum mundi 2514, qui erat annus exitus Israëlitarum ex Ægyptò, omnes quidem nedum sex menses, totos & integros annos excedentes, vel totaliter vel partialiter inseruntur & commemorantur per 2513 continuos annos: Dies autẽ ♄ veris decimus anni 2514, jam mensi primo annumeratur, nedum ut toti sex menses, ad annum 2514 pertinentes inde ab Autumno, fuerint neglecti & deperditi. Atqui ille annus incipiebat à Vera, seu Nisan, prout notissimum est & nemo negat. Ergò & primus Mundi annus à Vere cœpit. *Secundò*, quia 24 erat XV. dies anni 2514, in quo volunt factam annui principij mutationem; at jam 429 annis completis ante, sc. Anni M. 2085, XV. dies itidem erat 24, eò quòd, ni Spiritus S. fallit, quod absit longissimè, *eadem feriâ*, scilicet *quintâ* 24 intrabat Abraham in Ægyptum, & exibant Abrahamidæ ex Ægyptò, quæ feria in utroque anno erat XV dies anni 2085 & 2514, (Videantur Tabulæ) & hoc, quia uterque annus incipit à 24. Et quidem Sp. S. Exodi 12, 40. 41, 51. bis hanc συγκυρίαν & concentricitatem observat: (*In tantum Divina Providentia regit & observat etiam gressus nostros*) E. vel jam in A. M. 2085 est facta annui principij mutatio: vel in anno 2514 non est facta. Nemo a. mutationem tribuit Ao. 2085 introitui in Ægyptum. Ejus anni septimus mensis incipiebat à feriâ tertiâ ♂, & proceriam XV dies erat feria tertia; & sic fiebat in septimô mense Anni 2514. Si ille annus prior incepit à ♂, & hic posterior à 24; quomodo potest verum esse, utrinque XV diem fuisse feriam 24: At si utrinque primus mensis fuit 24, tum verum est, & Abraham XV die feriâ quintâ 24 intrasse Ægyptum, & Abrahamidas XV die mensis primi 24 exisse. Ergo uterque cœpit à VERE; ergo & primus annus Mundi à Vera cœpit. *Tertiò*: sex menses aut in præcedenti anno, aut in hoc perire ex chronologia debuere. Atqui utrinque petisse Tabularum series demonstrat, quæ ætherei non nisi 57 & 36 in 6000 annis his civilibus excessũ concedit. 4*tò*. Quia per tota Biblia trium primorum mensium Historiæ Veri semper respondent, etiam anno 2514 annum mundi, æque ac post eum, secundorum trium Æstati, tertiorum trium Autumno: quartorum Hyemi. Quod in Disput. Chronol. accuratius tractatum videbit B. L., ubi Deus sanitatem permiserit, & libertas verum tuendi in Academiis regnare pergat. *Quintò*, quia pudenda Tautologia alias tribuenda veniat Sp. S. Exodi 12, 2. *Hic mensis vobis principium est mensium. Primus ille esto vobis inter menses ejusque anni:* uti locum habet Dn. D. *Ægidius Strauchius* in Oratione suâ Inaugurali habita Wittenbergæ A. 1661 B. 2. facie 2. lin. 6. idque ex versione Junianâ: *Cl. Bochartus* & ipse in Hierozoicô part. 1. pag. 558. l. 27. itidem Spiritum S. facit Tautologum: *Hic mensis vobis erit Principium mensium. Primus ille sit vobis inter menses anni*; qui in hoc regno *vel* fuistis privati & quasi ascripti ut glebæ, rustici oppressi, *vel* observastis tantùm annum agricolarem

colarem ob Nili in Septembri agrorum desertionem ad culsuram exercendam; paulò post autem liberam Rempublicam estis inchoaturi, civilemque non agricolarem annum observare debebitis. Sic πρότασις datur & ἀπόδοσις. Plura argumenta inde à Mundi condito non mutati principij anni in Disp. Chronol. bonn cum Deo.

14. Deinde: *Inde à primò punctò motuum, ad Christi natalis motuum perpetuorum tabulas veras & certas exhibeo.* A. Etenim prima dies mundi erat dies Solis. Probatur; quia Gen. 2, 2. Dies septima erat feria Sabbati, quæ colophonem imponebat Cyclo, & per septem digitos numerabat, sicque Chronologiæ faustam & necessariam faciebat septimanam. Sic Cyclus digitorum erat septenorum non senorum, nec octonorum. B. Triceni dies complebant mensem civilē, quod in *Anno diluviali* apparet, supputando à 17 m. 2 inclusivè ad 17 timum mensis 2. exclusivè (eiq; additis 6. non 7 diebus epactis) & anni sequentis primò; ergò id clarum est per XII. plenos menses. *Præterea*, ut septenum dierum Cyclus facit septimanam dierum, sic septenum mensium Cyclus facit septimanam mensium; hinc fit, ut quà feriâ incipit mensis 1. 2. 3. 4. 5. eâdem incipiat 8. 9. 10. 11. 12. quod in mensibus Lunaribus & Solaribus non procedit, sed in his civilibus sricenum dierum solis. *Tertiò*, idem apparet ex sex continuis annis Ezechielis, de quibus infra. *Quartò* ex Aggæi & Zachariæ capitibus idem. Et quid opus est minutis probationibus; ex serie 4212 annorum ad ipsam usque Hierosolymorum eversionem, quæ per Romanos contigit, quamque in V. T. bis denunciatam legimus, idem patescit. C. Anni forma est duplex; *simplex* 365¼ ferè dierum; & *bisextilis* 366 ferè dierum. Id probat *SEXENNIUM* Ezechielis continuum, de quò infra. *Deinde*, diluvialem esse bissextilem, demonstrat dies 27ma mensis 2. quò DEUS exire cum suis ex arcâ jubebat Noam, alias ea non fuisset ♀ seu feria sexta sed 7 ♄.

15. Hinc oritur facillimus feriarum computus per omnes ad nos usque annos, & per singulos cujusque anni menses, & quasvis mensium septimanas. Nam rejectis 28 diebus seo quatuor septimanis in quovis mense, reliqui duo dies, seu primi seu ultimi in mense, se consequuntur ut in septimanâ, quod in solis 30 dierum civilibus mensibus fieri potest. E. G. si annus incipiat à 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. feriâ, tunc m. duodecim civiles à seq. feriis incipiunt h. m.

1. 8	2. 9	3 10	4. 11	5. 12	6	7
☉☽	♂♀	♃♀	♄☉	☽♂	♀♃	♀♄
☽♂	♀♃	♀♄	☉☽	♂♀	♃♀	♄☉
♂♀	♃♀	♄☉	☽♂	♀♃	♀♄	☉☽
♀♃	♀♄	☉☽	♂♀	♃♀	♄☉	☽♂
♃♀	♄☉	☽♂	♀♃	♀♄	☉☽	♂♀
♀♄	☉☽	♂♀	♃♀	♄☉	☽♂	♀♃
♄☉	☽♂	♀♃	♀♄	☉☽	♂♀	♃♀

sic XII mensium 24. dies, cujusvis mensis bini primi vel postremi, ad modum septimanæ sa consequuntur. D. Menses ergò non sunt Solares, neque Lunares, seu ad φάσεις seu ad σύνοδον respicias: sed sunt Politici, 30 dierum singuli, omnes pleni, nulli cavi. Neque Neomenia à Nova Luna, sed à novò mense (Politico) ducitur dicitur que, id quod innumeri loca commentatorum Biblicorum disertè loquuntur. Et de primâ ac decimâ quartâ Lunâ, seu Noviluniò vel Pleniluniò Scriptura nil habet. ☽ non notas lunam novam, sed mensem Politicum novum. Neque ad Plenilunium exisse Abrahamidas ex Ægyptò notat Scriptura, licet de nocte exirent, sed ad columnam, ut nubis de die Exodi 14, 19. 20; sic ignis de nocte v. 24. Neque Pascha ad lunam ordinabatur unquam, sed semper ad XV diem anni, seu mensis primi Politici. Ut omnis illa Orientis & Occidentis de Paschatibus quæstio, & Nicænorum Patrum Ordinatio vix tanti sit: nosq; Christiani semper 15. 16 17. 18 19. 20. 21 Nisan, in quamcumq; dies ☉ Resurrectionis Christi caderet, feriari possemus; perinde habentes, sive Judæi eôdem etiam die ferierentur, cum id Romæ semper evitari non potuerit: cumq; & suam Pentecosten Ebræi tempore V. T. semper; ut nos Christiani in N. T.; die ☉ Dominicâ feriati sint juxta DEI Legem Lev. 23, 15. 16. *Minimo sabbat hassabbât* à die crastinâ Sabbati in hebdomadam Paschalem incidentis numerando Pentecosten (non à crastinâ Paschatis, in quò rudes errant) quomodo & Pedrec. sem. per erat crastina Sabbati seu dies Dominica. Utq; Christiana Religio nil ex communi Pentecostes die potest habere incommodi, sic nec ex communi Paschatis. Neq; XIII menses erant in ullo annò, quippe cujus non fit mēntio in scripturâ. Nec David I. Chr. 27, 2. seq. constituit XIII, sed tantùm XII Principes & Præfectos in XII. menses. Et Salomon I Reg. 4, 7. habebat XII Satrapas, ni forte XIII mensurierit, vel ipse fuerit XIII Satrapa.

16. Tertiò: *Epocharum & Eventuum singularium vel præcipuarum alligationem ad motuum tabulas veram certamque designari.* Non jactantiæ ergò hoc dico. Nam Spiritus S. Gratia est, quæ mē docuit, & ejus alligationis, quæ in Tabulis V. T. ad annum 4174 usque facta est, quamque in Canoniò sequenti explico clarius, ut est autor, ita meus est Doctor. *A. Exemplum esto primum.* Annum 2035 & 2514 inciperè à feriâ quintâ è libro Naturæ didici. Illo Abrahamum intrasse in Ægyptum XV ejus die, quæ ♃, ut & prima erat ♃, & hòc Abrahamidas exisse ex Ægypto XV die ♃ Spiritus S. Exodi 12, 40. 41. 51. bis repetit, intercepis 429 annis integris, ut 430simus eò die cœperit: (quæ propterea est Epocha diversa à 430 integrorum annorum, exitus Abrahæ è Carris Parthiæ seu ab Haran Mesopotamiæ, factâ m. 3. pridie Pentecostes prolepticæ, ad veram primamque Pentecostes diem in annò exitus ex Ægyptò 2514. m. 3. die septimò ☉, lati decalogi Mosaici) qui duo termini *à quo & ad quem* per omnem proterviam vel eruditionem à feriis ♃ moveri non possunt: nec ille in annum 2084, nec hic exitus ex Ægyptò in 2513 vel retropedare vel competendinare potest, quæ utroq; falso annò à mule

multis ponuntur. Sic & Spiritus sanctus docuit. (*B. quod sit secundum exemplum.*) 480 annis elapsis, 1. Regum 6, 1 in anno 481. m. 2. diem secundum incidere non in ☽ sed ☉, quò templũ Salomonis strui cœpit. Ergò non cadet in a. m. 2994. Sabbaticum, sed 118 annis additis in a. m. 3112, Sabbatici 81mi præcedentem: de quò infra. C. *Tertium Exemplum esto.* Spiritus S. Anno tertiò Cyri Dan. 10, 4. addit characterem calendalem anni 24, & anno 2. Darii Nothi apud Haggæum pariter & Zachariam characterem ♂: Ergò à 2dò Cyri inclusivè anno (mundi 3613) 49nus currens vel elapsus (mundi 3661. 3662) non potest esse secundus Darii Nothi, quin ille à ☉ hic à ☽ incipit. Sed 72 annis, de quibus Zach. 1, 12. 7, 5. insertis in annum m. 3731 incidit, qui à ♂ inchoatur. *D. Quartum Exemplũ sit.* A. 2553 à distributione terræ Cananeæ per Mosen factâ, quò Israel realem Jubilæum a. 10. sept. incipiebat juxta Lev. 25, 8. 9. devictis quippe Sihone & Og potentissimis Regibus, absque suorum cædò amissiò, in XXXIII Memoriali jubilæo, de quò Esaias 61, 1. 2. incipiebat JESU Christi baptismus, 15. Tiberii anno, mundi 4170, durabatque: Ministerium ejus per dimidium ultimi septennii, seu 3½ annos juxta Dan. 9, 27. qui in 14 Nisan ♀ diè Passionis necessariò finiunt a. m. 4174. Nec hæc 4 duotaxat exempla, sed ducentæ singulares, præcipuæ & cardinales epochæ, ut in Tabulis alligatæ sunt, per omnem humanam vim in alium annum, mensemque retro porrove transire non possunt de quibus clarissimè in Disp. Chron.

Specialis Introductio & Demonstratio Infallibilitatis ex libro Naturæ & Scripturæ.

1.

QVam ingens Chronologorũ Clarissimorum opiter vel ex professo, è toto vel parte Biblica tractantiũ sit numerus, uti nemo adhuc dum determinare potuit, ita multò minus sperata est hactenus Convenientia & Conciliatio uniformis temporum V. T., cum nulla humanarum æquè sit incerta varia & ambigua scientia, magnisque & incredibiliter multis agitata nunquam satis decisarum quæstionum fluctibus & procellis; ita ut, licet nulli alii arti major sit adhibita hominum cura, diligentia, propensio & impensa minimè frigida voluotas & voluptas, vel centenæ quæstiones in hanc diem manserint indecisæ; & per se facilis Ars in ingentes tomos Cll. Scaligero & Petavio aliisque sit diducta, alienis perquàm multis undique corrasis, falsisque intermistis. Unde factum, ut quò sperabatur certitudinis fundamentum solidius, eò ipsò in majorem difficultatum & incertitudinis labyrinthum sit detrusa, præcipuè Messiæ præcisa quod dolendum, temporis notitia.

2. In sacris Prophetarum libris V. T. promissa & prædicta habemus præcisè; seu Historiæ Biblicæ N. T. conveniẽs prædicti nominetenus in V. T. JESU Christi tempus, & cuncta JESU Christi Messiæ munera à JESU Nazareno Mariæ Filio nostro Salvatore expedita esse demonstrant: At contra blasphemos & pertinacissimos Judæos claram Prophetiarum in nostro JESU Nazareno impletionem ex Veteri Test. Chronologi uoo evincunt. Quærenti itaque Judæo, quem annum, mensem, diem mensis, quam feriam hebdomadæ Christus sua nativitate &c. dignatus sit, respondet Magnus S. S. Th. Doctor, *Johannes Micralius* in Syntagmate l. 2. sect. 1. de CHRISTO p. 3. l. 1. *Id nec primitiva Ecclesia certò novit.* Cumque varias recenseat sententias, tum p. 6. l. ult. ad Judæi conversionem desperatè concludit, *Sed tutius mihi videtur, cum Ecclesiâ simpliciter* (fide salvâ) *tempora conceptiõ natiChristi accipere, quàm hæ subtilitates sectari,* cum è textu Ebr. Judæum convincere debuerit.

3. Certiora itaque non solum, sed & *ἀναφισβήτητος* certissima ex solò Vet. Testamentò proferre per D. G. quimus, & JESU Christi præcisa tempora docere; A. concepti, B. nati, C. circumcisi, D. Præsentati in Templò Hieros. E. baptizati, F. passi, G. resurgentis, H. ascendentis in cœlos, I. mittentis die Pentecostes Spiritum Sanctum. 1. annò periodi Julianæ, (non quia ea sit necessaria, sed ut interim toleretur, de quâ non necessariò infra agemus.) 2. anno mundi. 3. mense anoi 4. die mensis. 5. Feria hebdomadali. 6. quotò die mundi.

	1	2	3	4	5	6
A	4711	4139	XI. Sbath	24	♄	1511692
B	4712	4140	VIII. Cheivan	22	♃	1511965
C	4712	4140	VIII. ——	29	♂	1511972
D	4712	4140	X Thebet	1	☿	1512004
E	4742	4170	VIII. Cheivân	20	♄	1521922
F	4746	4174	I. Nisan.	14	♀	1524015
G	4746	4174	I ——	16	☉	1524017
H	4746	4174	II Iyar	25	☽	1524066
I	4746	4174	III. Sivân	5	☉	1524076

4. Fundamenta autem DUO hujos certitudinis, & concatenatæ Biblicæ Chronologiæ ab orbis conditi die primò, ad JESU Christi præcisum Passionis, Resurrectionis & Ascensionis, Pentecostesque diem, hic jam prodere studeo; ubi hoc præcavero, septuaginta septennia Danielis in tria intervalla, spaciaque partita, distincta, divisa, quod [illegible] ootat Dan. 9, 25. rebus gestis historicis ubique non esse vestita; quod nec Chronologia requirit, sed quod vult, & sine quo Chronologia eorum undire non potest, ut nullis anachronismis, fallis hypothesibus, & consectariis in Historiam Sacram & Profanam, ubicunque alterutram vel utramque tangit, Aoni expositi impingant. Ut DEUS T. O. M. voluerit finem impositum tenebris *D. Calixti*, quã molitus, quæ DEO displicent, videre in Scriptura S. non potuit, quæ per preces fidas, & obsequium fidei sincerum, meditationesque textus Ebræi fundatas

datas obtinuisset, quando in Expos. 70. Hebdom. Danielis Celeberrimus Theologus scribit. *Hunc locum unum omnium difficillimum & obscurissimum esse, ut scopulus videri queat, quem nemo Eruditorum sine periculo praetervehi potuerit: Et, hic aliquod ἄπορον & ἀδιάλυτον esse, quod nullo quantocunque ingenio explicari queat.*

FUNDAMENTUM NATURÆ ASTRONOMIS è Datis concedendum.

1.

CUm rectè & legitimè omnes hactenus Astronomi quartum quemque annum civilem *adaugeant* unò die intercalari, ut complanentur & adæquentur semper quaterni civiles anni, (singulo eò pust 365 dies aliàs deficiente seu breviore existente, infra Astronomicum annum 6 horis minus aliquot minutis primis & secundis: licet tamen hæc minuta 1. & 2. complendis illis 6 horis seu quadrante diei in quilibet annò civili excessu quodam addantur,) cum quaternis suis Astronomicis annis (singulò hòc aliàs excedente civilem 6 horis sed cum defectu aliquot min. primorum & secundorum; qui tunc quaternus annus civilis sic adauctus dicitur *Bisextilis*, estque is 4 annorum Cyclus aliquis solis, 28 annorum minore, minimus.

2. Et portò, cum Mathematici seu Astronomi eundem Cyclum minimum septies numerent quaternum bissextilem, eò fine, ut factâ septies illâ intercalatione diei, pro numerò feriarum hebdomadalium, indeque literarum Dominicalium, terminum habeant certum, sc. 28 annorum Cyclum, quo semper in orbem perfectum redeant illi quater-septeni, seu quaterviis diei partibus quater-septies aucti anni sic jam concordes Civiles-Astronomici, nisi quod ad complendas illas sex horas, seu quadrantem diei semper integrandam, de quo supra, verus excessus sit & rectò sumatur 12 m.pr. & 12 m. secund.

3. Atque hic excessus minut. primorum & sec. in illò quidem 28 annorum Cyclò efficit modò sex horas & 16 min. sec. quæ nondum ei detrahi possunt, cum nondum efficiant diem totam: Verum in 112 annis excessus ille 12 m.pr. 52 m.s. efficit 1344. m. pr. id est, 22 h. & 24 m.pr., & 5824, m.s. id est 97 m. prima & 4 m.s., quæ cum prioribus 24 m.pr. efficiunt 2 horas insuperq. 1. m. pr. 4 m. s. & hæ verò duæ horæ additæ prioribus 22 h. efficiunt 24 h. seu integrum diem cum excessu tantum 1. m. pr. 4. m. s.

4. Proinde nunc pari ac suprà jure & ratione, fas & necessarium est *illis centenis duodenisque semper* annis rursum *detrahi* illum sveti aliàs bissextilis anni intercalandum diem, ob illum, quem modò diximus, verum excessum in complendò singulò istorum 112 annorum civilium commissum, sc. 12. m.pr. 52 m.s. qui in singulâ quaternâ, ut ita dicam, olympiade mundanâ est excessus 51. m. pr. 28. m.s. Qui ergò dum imminuitur & detrahitur rursum cuilibet centeno duodenò anno, in illâ jam imminutione iterum excessus sit unius modò minuti primi & 4 m.s. in singulò 112nò anno, qui in 6000 annis demum fit excessus 57. m.pr. 36 m.s. & post 150000 circiter annos pareret unius diei civilis excessum, seu discordiam à totidem annis Astronomicis.

5. Atque hic ergò omnium perfectissimus Cyclus ☉ major 112 annorum caactissimè complanat annum Civilem cum anno Astronomicò, omittendò semper retrogradè, ob demptum, per dictum excessum, aliàs intercalandum diem in primò Cyclò majore, diem 30. Apr. qui hinc primus fit sequentis Cycli secundi: In secundò Cyclò Majore, diem 29. Aprilis, qui hinc primus fit sequentis Cycli tertii: In Tertio eòdem, diem 28 Aprilis, & sic consequenter, ut Systema Astronomicum exhibet.

6. Quod omne existit è Radice perpetuâ & immobili quaternorum è bissextili annò, & septenorum, è feriis septimanæ, perpetuò in se ducenda, qualis perfecta proportio redeuntium simili exactâ Annorum Civilium & Astronomicorum concordiâ, in nullo alio datur Astronomicò computo: sed hi vel deficiunt, vel excedunt, ut jam sequetur.

7. Atque ita (1) confirmatur vera forma Cycli ☉ majoris, scil. 112norum semper annorum, quod hi sint Nun-bissextiles, sed in iis non ulteriori jam dilatione anticipatio seu decollatio diei aliàs intercalandi, nunc verò propter excessum supradictum, diem jam conficientem omittendi, faciendo omninò sit triplici hòc argumento: (1) quod talis nostri Cycli majoris assumptione *Radix quaterseptenorum* annorum constanter servetur; ducendo quaternos semper annos in 7, unde est Cyclus ☉ *Minor* 28 annorum, omnibus Astronomis receptissimus; Et illos 28nos semper rursum in 4, unde Cyclus ☉ *Major* 112norum annorum: Et hos 112nos semper rursum in 7, unde Cyclus ☉ maximus 784 annorum. (2) Quod sic summa maneat consensio & harmonia annorum Civilium cum Astronomicis; adeò ut per 6000 demum annos, fiat excessus 57. m.pr. 36. m.s. Quò accedit (3) constans & perpetua ex hòc computò consensio dierum seu feriarum septimanalium cum indicatis in Scr. S. diebus revelationum divinarum, semper incidentium, vel in diem festum Sabbati, vel in diem Antefestum ♀, vel unicum modò interfestum diem ♂, quo fiebant Conciones hebdomadales, velut apud nos communiter die Mercurii à feriâ ☉ tertiò, qui respectu nostræ diei Dominicæ idem valet, qui est tertius Judæorum dies ♂ respectu diei Sabbati.

8. 2. Ex iisdem tribus argumentis pro verò nostrò Majore Cyclò adductis, æquè firmiter refellitur vulgatus Mathematicorum s. Astronomorum Cyclus Major, sive 130 *annorum*, ut vult Illustris *Tycho Brahe*, sive 133 annorum, ut volunt Gregoriani. Dum enim illi singulum unum Astronomicum faciunt 365 d. 5. h. & 48. m. p. 55 m. s. & hinc in annò Civili ei adæquando assumunt ad

com-

complendas illas sex horas seu quadrantes dici singulo Bisextili insterendas, 11 m. pr. modò & 5 m. s. excessum, cum debuissent Annum Astronomicum facere 365 d. 5. h. & 47. m. pr. 8 m. s., & hinc excessum illum anni Civilis extendere ad 12 prima 52 m. s.; è quibus ille 112 a. Cyclus constante Radice quater-septenorum ritè educitur. Inde

9. (1) deductus ipsorum Cyclus 130 vel 133 a. planè deserit Radicem ipsismet assumptam quater-septenorum; Nam quatuor quater-septena seu quatuor Cycli minores 28 annorum, non faciunt 130 vel 133, sed 112. (2) Ex eôdem illorum Cyclô Majori non manet accurata consensio & harmonia annorum Civilium cum Astronomicis; dum in singulô ipsorum Cyclô Majore 130 a. loco decollandæ seu anticipandæ integræ diei, illi accipiunt modò decollandas 22 horas, 6 m. pr. 40 m. s.: *Gregoriani* 31 m. p. amplius. Qualis Non-Cyclicus Cyclus in 6000 circiter annis ipsis parit defectum 88 h. sive trium dierum & 16. m. pr. Et in tantùm paulatim jam defecerunt per ipsos, dies civiles ab Astronomicis (cum à nostrô verinri Cyclô 112 a. & excessu ejus in singulo 112nô unius pr. & 4 m. s. rantum, totis 6000 a. 57. m. p. 36 m. s. tantum, adeoque nondum horâ unicâ recedat annus Civilis ab Astronomico.

10. Provocabunt quidem aliqui illorum ad observationes suas Astronomicas, verùm in unaquaq; illarum aliquid deerratum est, dum laxiorem lineâ sumserunt in sinu, *excabero* Ar. *Sinus*, qui debuerant strictiorè attendere in basi 3 ceu id fusè probavit, & 6 exemplis falsarû ejusmodi observationum Tychonis Brabei atq; Longomontani confirmavit *Cl. Johannes Pellius Corstano Regnus Anglus* in lib. *contra Cyclometriam Clarissimi Longomontani*, ostenditque Longomontanum istum errorem Tychonis vidisse, & tamen sivisse incorrectum.

11. Huc tandem accedit, (3) quod ex illo ipsorum computo annorum & falso Cyclo ☉ majori, nulla existat consensio vel harmonia feriarum septimanalium eum indicatis in Script. S. diebus revelationum divinarum characteristicis. De quibus plura infra. *Conclusio.* De Annorum characteribus ergò, eorumque Cyclis statuo, certitudinis Chronologicæ Infallibilem Characterem agnosci debere hebdomadalem feriam anni initialem, eâ tamen sanâ conditione, ut inter certos epochales annos spatia interjectorum ex Bibliis annorum sine defectu vel excessu legitimè compleantur. Characteres omnes reliquos ut humanæ probæ & autoritatis ad approbandum secundarios, non ad probandum primarios admitto; non equidem absolutè & crudè intellecto istô, sed quatenus multæ circa earum notationem circumstantiæ desiderantur; utpote 1. Eclipsium annotationes, 2. æram Olympiadum, 3. Urbis conditæ, 4. Cyclum decennovalem; 5. Indictionis & 6. Periodi Julianæ. De hâc a. pauca hic annoto, ex quô quid dealis ut non necessariis statuendis me moverit, conjectura capi potest. Ad Chronologiam nullus posthac Periodi Julianæ ritûsus 1. Cum in eâ sint confusa naturalia, ut Cyclus Solis (& Lunæ, iam antea ad Chronologiam superfluæ) cum arbitrariô circulô Indictionis Imperatoriæ humanô, intempestivè & sine ratione conjunctus. II. Quia ex eâdem *Ill. Scaligeri* humani & cœlestis, naturalis & arbitrarii seu vagi compositione (quam Celeberr. Dn. *Jacobus Usserius Armachanus*, Hiberniæ Quinq. Archi-Episcoporum Primas in Præf. Annal. V. T. 1650 Lond. edit. in fol. p. 4 *Roberto Lotharingo, Herefordensi* in Britanniâ Episcopo, Angliæ vel German. honori jure litans adscribit) illa Periodus Juliana duci deberet in alios arbitrarios Cyclos, e. g. in Periodum Olympiadicam; & porrò producum urriusque in Nabonassaream ant decem alias æras Imperatorum duci posset; sicque tempora proleptica in quasi infinitum sine causa multiplicari. 3. quia desinit esse usui, postquam anni Juliani formam necessariò rejecimus vel correximus, quorum Cyclum prolepticum in speciem accuratæ rationis ὀν ὑπεροχίας continet. 4. quia jam infallibilis mundi epochu datur; ut Periodi Julianæ aliqua fuerit qs. necessitas, quamdiu origo mundi certissima in hominum notitiam non venerat. Nam & inde *Censorinus* in libello quem ad *Q. Cerellum* scripsit de die natali c. 20. (at edit. Parisinæ Ascensij 1519. fol. p. 93. a. l. 8. c. 17.) indeexordium sumere voluerat egregius scriptor, si certitudo mundi conditi annalis tunc constitisset. Nunc postquam 6000 annis ne hora quidem deficit, quare prolepticæ, quasi omnia adhucincerta forent, assumemus? De ejus periodi inutilitate Chronologicâ ab hôc tempore quisqua sanæ rationis eruditus judicare facillimè potest, & olim producemus, quid Celeberr. Dn. D. *Samuel Reyherus* statuat. Quando autem Judaicus V. T. annus, ut suprà, sic legitimè constitutus annum Julianum corrigit, nec multò tamen de eo discedit, hinc & Judaicus proprios obtinet atque certissimos characteres à Juliano non abludentes, qui etiam in Bibliis alicubi accommodantur & commemorantur: de quô in parte secundâ Fundamentorum Sacræ Scripturæ.

12. Cyclus enim solaris Astronomicus ex quater-septenis compositus ita se habet, ut ejus statum CXII. quovis anno mutet omissa intercalatio, quæ septies debet admitti pro numero feriarum hebdomadæ, ut ordo dierum initialium queat in orbem redire. Usus sum hic in Tabulis methodo extensâ, idque ad clariorem lucem, poterique duplex ejus dari compendiosior methodus seu breviarium, quod tamen extensæ innitur rorum. A. Per annos Cycli maximi quemvis propositum annum, si majoris summæ sit, divide: Divisio exacta ostendit ultimum ejus Cycli annum agi; sin residuum quid fuerit, id dividatur per annos medioxumi Cycli 112. ann. Et hic, ut supra in Maximo, exacta divisio monstrat, quod agatur ultimus annus Cycli ejus quem quotus nominat: sin remaneat numerus, perti-

pertinebit is ad minorem 28 ann. ☉ Cyclum: ut ergò annum obtineas in istô Cyclô minore quemcunque aut ultimum ejus, tertiò divide numerum, quem habebis prout non exacta vel exacta fuerit divisio, e. g. Mancamus in Annô introitus Abrahæ A. M. 2085 in Ægyptum, ejusque A. M. Cyclus Max. 7 84 2085. initialem hebdomadicum characterem cupiamus, qui juxta fundamenta Astronomica incipit à feria quintâ 4.

	4568
residuum	517
Cyc. 9 Medius	112
	2
	448
residuum	96
Cyclus Minor.	28
	2
	56
residuum	13

Ia divisionis quotus Cyclô maximum 784. a. bis subductum esse indigitat. Residuum autem 517 indicat, tertii Cycli maximi annum 517 designari: sic *secunda* divisionis quotus docet, Cyclum medioximum 112 a. in *Tertio* maximo Cyclo *quater* esse subductum, & residuum pertinere ad Cyclum Minorem 28. a. Quintum à ♀ incipientem. Tandem *tertia* divisionis quotus indigitat, Cyclum Minorem 28. a. in Cyclo Medioximo quinto evolutum esse *bis*, & residuum XIII. esse XIIIum annum in Cyclo tertio Minori 28. a: & quidem in Cyclo Medioximo quinto, qui habet characterem 4 hebdomadicum. *Altera methodus brevissima* extensæ per Tabulas methodo itidem inniticur. Servetur idem numerus Anni M. Propositi 2085 adde annos bissextiles, subductis sane bissextilibus quibusque 28. propter omissam intercalationem. Summa dividatur per 7. Residuum propositi anni feriam initialem indigitat. A. M 2085 divisus per 4 (quasi Olympiadas mundanas) facit bisextiles 521. Hi per 28 divisi faciunt omittendos 18. bissext. Residuos 503 adde 2085. fit 2588 quod divisum per 7 ter facit 369⅞ Residuus quinarius septimanæ ostendit anni feriam initialem esse 4 quintam; ut supra juxta extensam & contractam Methodum.

14. Tandem & hoc discat Cl. ISAACUS VOSSIUS, qui multos ejusmodi Cyclos fingi posse Amico meo Hagæ respondit, qui nihilo minus atque ambo illi 112. & 784. Ann. fundamentales esse queant pro exæquando anno Astronomico & Judaico V. T. neque se contulisse hosce Cyclos cum computo Astronomico. Cumque jam ante totum biennium, & quod exeuerit, ad Cl. Virum meos hos Tabularum Cyclos miserim; Ostendat quæso mundo, quos alios cum Bibl. conferendos æquè sacro-sanctos æthereos excogitare possit; aut quod hi ad rem subjectam non faciant. Vel ostendat Cyclis opus non esse; prout ejus Chronologia S. mirè est facilis, sc. sine Cyclis evoluta. Mihi non licuit esse tam facili nec ingenioso. Libenter sanè discam facilioria, si & certiora sint.

14 Quemadmodum ergò plusquàm trabalis necessitas Mathematica coegit ita Cyclos Solis formare, ut Cyclum quater-septenorum annorum pro Radice mihi datâ in quasi-quadratum vel solidum ex arte ducerem, unde 1122. Cyc. natus est; & eundem iterùm in septem ducerem, unde 784 Cyclus mihi ortus est: Ita Æquinoctia in vetustissimo Ebræorum anno Biblico quotannis antevertisse terminos suos, ut jamdudum in Juliano observatum, cum certum, præcessionem seu anticipationem cum annuam minutorum horæ 12. *pr.* & 52 *sec.* constituit, quæ 112 annis diem totum conficit parvulo cum excessu. Sic itaque in quovis Cyclo 28. a. quinque hebdomadarum singulos dies videt B. L., item nullam feriam omissâ vel à principio ☉♄♀♂☽ vel ad finem ♄♀♂☽☉, & ita ab imo ad summum ferias singulas mutuò se consequi ad quosque quaternos annos (excepto 112. 224 &c. a.) Hinc consequitur necessario nullam prorsus diem in 6000 propositis annis esse omissam, nullamque prorsus inseri posse, seu, nec hiatum nec excrescentiam unius diei dari, cum nondum hora tota 6000 a. excedat. De quâ meâ anni formâ & quantitate consulti à me sunt aliquot Astronomi & Mathematici in Germaniâ, Belgio, Suecia & Galliis, & dederunt dabuntque postbàc quamplurimi approbationem suam. Unius Viri Clarissimi & Mathematici Exactissimi, Dn. SAMUELIS REYHERI, in KILIENSI hâc Holsatorum Academiâ CHRISTIAN-ALBERTINA MATH. PROFESS. ORD. PUBLICI sequitur judicium.

VIR AMPLISSIME, atque CLARISSIME,

DN. RAVI,

Fautor & Amice Honoratissime.

Diutius quidem, quam par erat, Responsum ad binas Tuas retinui, interea Humanitate Tua freus, sperò etiam hasce tardiores acceptas fore. Ut distinctius ad omnia respondere possim, à Te propositum in sequentes resolvam quæstiones I. An Astronomicus Annus conciliari possit cum civili. *Rationem dubitandi suppeditat diversissima conciliandi ratio variis populis recepta. Diversitas autem hac orta esse videtur ab inæqualibus temporum minorum & majorum ratione. DEUS enim T. O. M. in principio Creationis septem dies cuilibet hebdomadæ assignat: Anno autem non præcisè 52 hebdomadas, sed insuper diem cum quadrante. Excessum hunc non in septantes, sed in quadrantes dividere solent Astronomi, ac propterea nunquam naturalem istam divisionem cum artificiali hâc distributione exactè componere potuerunt. Licet enim dies resoluta in 24 horas, iterum in minutias, quarum sexaginta complent unam horam, resolvi possit, Divisione tamen instituta per septenarium, aliquot scrupula prima remanebunt, qua more Astronomorum denuo in 60 minuta secunda mutabitur, & sic in infinitum donec nempe perventum fuerit ad talem excessum, qui sine gravi errore omittendus esse videtur. Quamvis igitur minutissima ista minutia singulæ nullum momentum sint, per aliquot secula tamen collecta pondus aliquod acquirunt, & Chronologiam turbant. Hujus defectus vel excessus evitandi gratiâ consultius fuisset, si*

quæ-

quadrantem diei non in sex, sed in septem distribuissent partes. Hoc modo enim singulis annis ex actè quadrans unius hora (quarum septem constituunt quadrantem diei, vel quod perinde est 28. integrum diem Naturalem) decederet, quicenties & duodecies sumeus integrum completdiem. II. Cur Numerus Septenarius commodior sit ad Cyclum Digitorum Arithmeticorum complendum, quàm reliqui? *Per totum fermè Terrarum orbem secundum 10. digitos computare assuefacti sunt homines, quia ordinariè quilibet homo sanus decem praditus est digitis. Unde Germanis proverbium de simplicissimis hominibus natum est,* das sie an den Fingern abzelen müssen. *Idem confirmant Brasiliani barbari, qui quinque tantùm digitos distributivè exprimunt, majores numeros monstratis ambabus manibus & pedibus significant. Maximos verò numeros conjunctis quatuor vel quinque personarum digitis indicant. In Thracia olim teste Aristotele fuerunt, qui quatuor saltem digitis Arithmeticis contenti erant. Alii computum per XII. digitos institutum commendant. Astronomi 60 digitos introduxerunt, dum gradum & horum in sexaginta minuta diviserunt. Sed quicquid sit, illos tamen Indiæ populos, qui septem digitos Arithmeticos adhibuerunt, minimè barbaros fuisse puto. Hanc enim computandi Rationem sapientissimus hujus Universi Architectus primitus introduxit, dum primam hebdomadam in septem dies distribuit, & insuper omnibus hominibus hanc temporis mensuram sanctissimè retinendam severissimè præcepit. Adhæc Annos Sabbaticos & Jubilæos septenario, tanquam sancto alligavit, & diebus criticis Medicorum ansam dedit* Levit. 12, 3. 13, 4. 21. 27. 31. 34. *Astrologi quoque non sine omni ratione climactericos introduxerunt, quod animadoverunt, septimo à Nativitate annô pueros dentes amittere, 14. verò pubescere, septimò etiam mense perfectum edi posse partum humanum &c. Dies quoque in septem dispesciuntur partes à Christo & Petro Matth. 18, 21. 22. Evidentissimum porrò argumentum pro septenario numero petis potest à septem intervallis Musicis, quæ 8 Clavibus tanquam terminis ita includuntur, ut nullo modo plures fingi possint. Intervalla hæc quidem in hemitonia minora secantur, quæ tamen non minùs augent hunc ambitum, quàm semisses digitorum, vel quadrantes aut trientes ipsis digitis interspersi.* III. An Periodus Biblica 112 annorum respondeat Motui solis? *Ardua quidem hæc est quæstio, quæ tamen examinatis omnium artificum opinionibus quadantenus solvi poterit. Contra Sacra & Naturalis hujus Periodi harmoniam maximè pugnat Auctoritas* Tychonis, *summi Astronomiæ restauratoris, qui annuum solis motum esse dicit 365. d. 5. h. 48 m. pr. 45. sec. cui plerique neoterici adstipulantur, adeò ut* Cl. Hevelius Dantiscanus, *seculi nostri ornamentum, in suâ Selenographiâ cap. 7. p. 167. numero rotundo eundem exprimat & retineat, nempe 365 d. 5. h. 49. m. pr. procul dubio motus autoritate* Tychonis. *Verùm nullius Viri autoritas nobis tanta esse debet, ut veritati præjudicet, præprimis, cum aliis quoque Astronomis observationes Tychoniana aliquo modo suspecta esse videantur.* Riccioius in Almagesto suo Magno *expressis verbis Tychonem ofcitantiæ incusat, quod non semper fuit, sed sapientissimè oculis aliorum, ministrorum nempe videret.* Nicolaus Reimarus Ursus de hypothesibus Astronomicis *Instrumenta Tychonis rejicit, dum demonstrat ea Euclide, non tantùm in minutiis secundis, sed etiam in primis manifestissimos errores admissos fuisse. Limbum annum ex circulis parallelis constantem transversalibus rectis in minutias divisit, quemadmodum alias linea recta modulorum dispesci solent. Si ergo accuratior esse debuisset observatio, circuli parralleli non rectis sed circularibus lineis transversim secandi fuissent.* Huc accedit Demonstratio Cl. Pellii *Astronomi à Tuâ Claritate commendati, qui in libello contra* Cyclometriam Longomontani *ostendit errorem in observationibus ad hunc locum spectantibus admissum fuisse. Ut taceam* Longomontani *observationes ad illam exactitudinem minimè accedere potuisse, qua in hôc negotiô requiritur, si* Quadrato suo *eas instituerit, quod jam nobiscum in* Bibliotheca Publicâ *est ex Donatione* Generosissimi Dn. A Qvalen, *qui hanc exiguô ære illud ab ipso* Longomontanô *sibi comparavit. Vix enim secundum primas minutias certi quid determinari potest, in quibus facile inter utramque Periodum convenit, minutis secundis verò, in quibus notabilis aliqua discrepantia deprehenditur, prorsus negligenda veniunt. Cum igitur annus solaris Biblicus constet ex 365. d. 5. h. 47. m. pr. 8. sec.* Tychonianus *verò contineat 365 d. 5. h. 48 pr. 45. sec. subducto illo ab hôc, remanebunt 1 pr. 37 sec. pro differentia inter utrumque. Quia autem facilè fieri potuit, ut error aliquis admitteretur, quem adhuc nemo fermè corrigere ausus est,* ob Tychonis autoritatem; *Non video quid prohibeat, quominus Annum Judaicum tamdiu retineamus donec Astronomorum sufficienti Instrumentorum suppellectile instructorum industria ac diligentia certius quid determinet. Quamvis porrò annus Astronomicus non in minutissimis responderet Biblico, minimè tamen propter hanc solam rationem repudiandus esset. Si enim hominibus Politicis licitum fuit facilioris computationis numeros rotundos præferre exactis, multo magis Spiritui sancto liberum fuit assumere talem periodum, quæ per omnia temporum distributionibus quadraret.* Gregoriani Kalendarii *Autores Periodum 133¼ annorum introduxerunt, cum tamen ex* Tychonis *observationibus, à Plerisque hactenus receptis, oriatur Periodus 128 annorum. Dies enim in 128 partes æquales divisus, relinquit 11 m. pr. 15 sec. nempe differentiam anni veri Astronomici, & anni Politici, qui ex 365¼ diebus constat. Non inutile etiam erit apponere antiquorum Astronomorum sententias de anni tropici magnitudine, quas recenset* Cl. Ismael Bullialdus *Astronomiæ Philolaicæ l. 1. c. 2.* Hipparchus *testatur* Metonem &

Eucle-

Euctemonem *annum solarem limitasse* 365 *d.* 6. *h.* 15 *m. pr.* 48 *sec.* Calippum *verò* 365 *d.* 6 *h.* Hipparchus *annos tribuit* 365 *d.* 5 *h.* 55 *m. pr.* 12 *sec. demtâ de quadrante diei unius parte trecentesima; cum quò consentit ad amussim* Ptolemæus. *Hoc modò ipsis* 300 *quorum annò intercalatio negligenda fuisset. Postea circa finem capitis ex comparatione observationum* Hipparchi *&* Tychonis *determinat annum tropicum & desuit per* 365 *d.* 5. *h.* 49 *m. pr.* 4 *sec.* 2. *tert. Capite* 3. *ejusdem libri* Alphonsum *dicit anno solari tribuisse* 365 *d.* 5 *h.* 49 *m. pr.* 16 *sec. Item Judæos Periodum* 350 *ann. agnoscere. Paulo post ex* Georgii Medici Chrysococcæ Syntaxi Persarum *probat annum constare ex* 365 *d.* 5. *h.* 46 *m. pr* 48 *sec. Quæ sententia & determinatio quàm proximè accedit ad* Tuam, Dn. RAVI, *determinationem, nempe* 365 *d.* 5. *h.* 47 *m. pr.* 8 *sec. Si enim singuli anni excedunt* 12 *m. pr.* 52 *sec. unaquæque periodus* 112 *ann abundat unò pr. &* 4 *sec. uti ex Tuæ Claritatis calculò patet. Sin verò* 12 *m. pr.* 51 *sec.* 26 *tert., legitimâ operatione peractâ longe minor deprehendetur, quàm à Te dictus erat excessus sc.* 32 *tert. tantùm, qui in sex mille annis est* 28 *sec.* 34 *tert. minutorum.*

112 a.	112 a.	112 a.
12 pr.	51 sec.	26 tert.
224	112	672
112	560	224
96	48	2912 | 48 sec.
144 0 | 24 h.	576 0 | 96 pr.	660 | 32 tert.
66 0 |	66 0 |	

Notandum, quod Cl. Bullialdus *Annum Persicum corrigere voluerit, & loco* 48 *m. pr.* 48 *sec. substituere* 48 *m. pr.* 59 *sec. Verum Accuratissimus hic Astronomus hoc locò amori Tychonis aliquid concedere voluisse videtur. Hæc fuerunt,* VIR CLARISSIME, *quæ Tuis binis reponenda esse putavi. Si quæ hæc fuerint, mihi longe gratissimum erit; Sin minus, condonabis amico iis mediis, quæ ad alia necessaria sunt, destituto. Interim Vale & Fave.*

Dabam è Museo d. 18. Iul. 1669. Tuo Samueli Reyhero.

Fundamentum Speciale II. Consensus sc. Biblicus Infallibilis cum Annis, Mensibus, Feriis hebdomadalibus in Præcipuis Eventibus Biblicis, ut alloquia Sp. S. semper incidant in vel sub Antefestum ☽, Festum ☉ & Interfestum ☿, aut iis elapsis tribuantur.

I. Præmisso breviarium temporum V. T. XII. Epochis comprehensum.

1 A primò A. M. ad diluvii A. *exclusivè* 1656
2. Ab A. Diluvii *inclusivè* ad Abrahæ introitus in Ægyptum *excl.* 429-2084
3. Ad A. ablactationis Isaaci *excl.* 29-2113
4. Ad A. exitus Israelitarum ex Æg. *excl.* 400-2513
5. Hinc ad primum A. realem Jubil. Mosi celebratum & Cleruchias *excl.* 39-2552
6. Ad finem itineris s. occupatæ Canaan XII. Tribubus *excl.* 79-2631
7. Ad quartum Annum Salomonis, Templi sicut cœpti *excl.* 480-3111
8. Ad finem Idolol. domus Judæ seu ad Schisma Israelis *excl.* 40-3151
9. Anni Idololatriæ domus Israel seu ad Temp. exustum. 390-3541
10. Captivitas Babylonica cũ primò Cyri 71-3612
11. Templi 2. cœpti & finiti per 7. septennia Dan. & 72 annos Zach. 121-3733
12. Septennia 63 reliqua Danielis in A. Pass. I. C. desinunt 441-4174

Vel aliter h. m.

1. A conditu universi ad diluvium finitum -1656
2. Ad Terachi obitum in Carris Parthiæ 427-2083
3. Ad latam decalogum die ☉ Pentecostes primæ *excl.* 430-2513
4. Ad finem itineris ex Ægyptò, seu finitam occup. Canaan. 118-2631
5. Ad templum Sal. erigi cœptum *excl.* 480-3111
6. Ad Capt. Bab. 430-3541
7. Capt. Babyl. & Annum primum Cyri 71-3612
8. Septem septennia prima Dan. & 72 Anni Zachariæ 1, 12. 7, 5. 121-3733
9. Septenoia 63 reliqua in A. Pass. I. C. desiunt 441-4174

2. Omnes hactenus Chronologi omittunt hic, sed de alii alios vel inferciunt à se effictos annos, tantque quadrata rotundis, & rotunda quadratis. Potiores autem omiserunt summas sequentes: 1. LX Annos post 70. Terachi elapsos, cum 71mò natus sit ejus primogenitus *Haran, Pater Milcæ & Jiscæ*, Abrahamum ejus tertium filium substituerunt. Quibus 60 a. omissis tum 2454 falsus annus verus non accipit ♃, ut verus habet, sed ☉ falsum characterem: at 60 additis, in verum ♃ incidit verus 2514. *Deinde* accedunt Autores vel centum qui eos admittunt. Procopius Gazæus Græcus Commentator in Genesin circa A. C. 500, jam ante 1100 a. diserte habet, *Abrahamum natum esse non 70, sed 130 annò elapsò Tera. Tertiò*, Ratio. Gen. 12, 4. Abraham 75 a. plenorum erat, cum Terach pater 205 a. completorum moriebatur. Subtractis 75 à 205, manent 130 a.

3. Deinde CXIIX a. itineris ex Ægyptò ad finitam occupationem per XII. Tribus terræ promissæ. *Aliàs* 1. Non darentur 450 anni ad initium Samuelis Ministri Publici, quos omnes in Cyclò 4. Max. f. Tab. 4. sigillatim annotatos videt L. B. juxta *Lucam Evang.* A. Ap. 13, 30. *Secundò.* Concinit liber Judicum, qui post Josuæ mortem Senatoribus Reip. Jud. seu Senioribus 20 a. relinquit, quia 430 continuos annos à primâ servitute recenset, *Eli* 40 a. è 1. Sam. 4. assumtis. Scilicet 8 Cusanis. 40 Otnielis 18 Eglonis 80 Ehudi 20 Jabini 40 Deboræ 7 Midianitarum 40 Gideonis 3 Abimeleci 23 Tolæ 22 Jairi 18 Philist. & Amm. 6 Jeftæ 7 Ebsani 10 Elonis 8 Abdonis 40 Philistæorum solùm 40 Eli. Summa 430. Ergo Seniores ante primam servitutem post Josuam 20 a. præfuerunt: sic fiunt 450 A. Lucæ ad Samuelem. *Tertiò.* Liber Josuæ hos 118 annos demonstrat. 1. Annos 40 Mosis tacitè supponit

ponit c. 1, t. *Factum est post mortem Mosis.* 2. sex a. primi Sabbatismi Generalis occupationis Canaan, 13 primis Capitibus. 3. Initiò *secundi* Sabbatismi Mosaici Judæ sors assignatur, quam per suum Septennium occupat. c. 14. 15. 4. Initio *tertii* Sabbatismi sors Ephraim & dimidiæ Tr. Manassis (Josephidarum) prodit, quam suò septenniò illi occupant C. 16. 17. 5. Cum jam Comitia Reip. Ebr. Siluntem essent translata vivò Josuà, tum initio *quarti* Anni Sabbatici (à Mosaicò Sabbatico a. 2553. supputandò) Benjaminis sors prodit, in quà Jerusalem, quam suò septenniò occupant C. 18. Ad horum 4. septenniorum processum Sp. S. sex reliqua septennia C. 19, admetitur sc. C. 19, 1. *Simeonis* tribui, v. 10. Sebulonis, v. 17. Issacari, v. 24. Asseri, v. 32. Naphtali, v. 40. Danitarum. Hôc itaque ordine to Tabulis ea X septennia sum admensus. X. septennia faciunt 70. a. adde *Otho* Cusanis, qui in Issacari tempora incidunt, habes 118 annos.

4. His tribus Sp. S. concentibus accedit *quartò* character a. Ad ae annis 2513 ante exitum 598 a. ad templum Sal. struendum, habes 3112 a. m. E. sequens 3112 a. m. incipit à ♃: ergò m. a. à ♄ die festò, quò & ob Neomeniæ & septimanæ ♄ d. festum, preces fiebant pro templo Salomonis inchoandò immediate seq. die ☉, quò & Sorobabelis secundum, Darii Nothi a. 2. reassumebatur ædificandum. De quà analogia & concentricitate Spiritus S. agetur Bonò cum DEO latius in Disp. Chron. Ac si Annò exitus 2514, qui ante est probatus, addas 480, ædificabitur Templum Sal. a. m. 2994. Ar is incidit non in ♃, ut dies 2. m. 2. possit esse ☉, sed in ♀, or dies 2. m. 2. sit ☽. Ac si 118 addas annos, tum M. A. 3112. à ♃ incipit; E. & m. 2. incipit, à ♄, & post preces die ♄ pro templò fusas, die ☉ inchoabitur templum.

5. His quatuor Sp. S. Infallibilibus argumentis accedunt V. omnium eorum Autoritates, qui ab Exitu Isr. ex Æg. ad templum *Sal.* 480 a. excedunt; sequentes I. *Aimonus* addit novenos a. II. *Beda* denos III. *Josephus* Ant. Jud. 8, 5. XXII. ni tralatio Rufini, ut metuo, sit corrupta. Et hos totidem addere IV. *Dionysium Carthusianum* V. *Hugonem Cardinalem* VI. *Sabellicum* refert Cl. *Vossius Pater* Isag. Chron. p. 131. Cui singulari olim cum vivebat Amico hæc accepta gratâ mente refero. VII. Interpretes 70. addunt 62 a., quomodo in eâ Versione *Sulpitius Severus* legit, sed eam sententiam meritò deseric. Sequitur autem eam VIII. *Oecumenius.* IX. In *Tyriorum* Biblis, teste *Theoph. Antiochenò* l. 3. adduntur 80. nisi corruptus sit numerus vel Theophili, vel ex quo codice is sua excerpsit. X. *Clemens Alexandrinus* 87. annos addit, ut fiant 567. XI. *Melchior Canus* 94. a. addit, ut fiant 574. XII. *Sulpicij Severi* vulgati codices addunt 108. a. ut fiat summa 588 a. XIII. *Josephi Ant.* 8, 2. adduntur 112. a. ut fiat summa 592. desunt adhuc 6. anni. Sequentes quidam annos 118 addendos transcendunt. I. *Petavius* Jesuita, qui interregna, per quæ alienigenis Israelitæ servierunt, seorsim, ut jure debebat numerans, annum addit 599. 2. malè 80 a. de summâ remittit, 519 a. periodum constituens. 3. *pejus* alibi; 520 a. conficiens. 4. *pessimè*, 480 a. de quibus 1 Regum 6, 1. ab ingressu filiorum Israel in terram Canaan deducit. 5. quomodo 520 a. numerus consentiat cum numero annorum Act. 13, 20. positò, deco nihil sollicitus est. II. *Eusebius Pamphili Cæsariensis* in Præf. Chron. duo 9 a. transcendit his verbis. *A Nativitate Abraha ad Mosen seu Egressum Israel ex Ægyptò, computantur anni 505* (*Hic Terachi* anno 130 natum facit Abraham. Nam 2008 & 505 faciunt 2513, qui Exitum præcessere). *A Mose* (seu Exitu ex Æg.) *usque ad ædificationem templi. Ia.* 480. (non 479 or vulgò legitur, defendà unitate ante X ultimum LXXX se malè insinuante) *secundum minorem tamen numerum, quem 3. Regum* (*seu 1. Sam.*) *liber continet. Nam juxta volumen Judæorum supputantur Anni 600.* Convenit a. cum eò Petavius ad 599 unũ addens, à 480 deficiens, ut fiant 600. Ergò jam tum 118 eos a. Autores agnoverunt, nec est innovatio. III. *Theophilus Antiochenus* l. 3. quatoor a. transcendit, or 602 fiant Anni. IV. *Tostatus* & *Pineda* testantur, quo idem Josephi codices latinos transcendere 14 annis, or fiut 612. V. *Nicephorus Constantinopolitanus Patriarcha* 36 a. verum numerum transcendit; ut sit summa 634. VI. *Cedrenus* 74 a. transcendit 672 a. supputando. VII. *Philastrius Brixiensis* 115 a. exsuperat veritatem Ebræam, 713 a. statuens. VIII. *Anonymus* apud *Nicephorum* 159 a. ioxuriant, 757 a. volentes. Hactenus XXI. Autores; quibus Cl. Pater & Filius *Vossii* accedunt. Et alio tempore plures allegabo, qui 480 a. transeunt.

VI. Eosdem 118 annos probant verba Jephiæ Jud. 11, 26. quibus 300 a. facit mentionem: *A quo tempore Israel habitavit in Hesbon & in oppidis ejus; & in Aroër & in villis ejus, & in omnibus civitatibus quæ in confinio Arnon, trecentis sunt anni; quare non eripuistis regionem eam tantò tempore?* Post annum 40 Exitus, mundi a. 2553, quo potiebantur Israelitæ ditionibus Hesbon & Aroer ante suum tempus a. m. 2918. Jephta 300 a. numerat recte; sc. ut virtute bellica præcellebat, sic & verâ fide ex notitiâ & observatione temporum Jehovæ & populi ejus sui erat imbutus. Hostium suorum ὀπισθοφυλακίαν pessundaturus 71. a. servitorum 5., sc. 8 Cusanis, 18 Eglonis, 20 Jabinii 18 Amm. 7 Midian jure subrigit: Recenset a. 294 annos: Mosis ultimum, Josuæ 25, Seniorum 20, Otnielis 40, Ehudii 80, Deboræ 40, Gideonis 40, Abimelechi 3, Tolæ 23, Jairi 22, habes 294 a. Et sui Docatus 6 a. Prophetice adjicit, uti puto, vel diei debet rotundum numerum esse adhibitum.

VII. Præterea 194 a. sunt elapsi à primò Jephtæ ducali anno inclusivè ad annum quartum Salomonis m. a. 3112 exclusivè. Additis sibi summis illis 40 Mosis, 71. servitorum, 293 ad Jephtam, & 194 ad Sal. quartum, habes 598 a.

VIII. Accedit pro septimò argumentò, quod hosum

rum, qui tantùm 480 a. ab inchoato itinere reputant ita inter se dissentiunt in iis distribuendis, ut vel vigecuplam varietatem observorim; & sæpè apud eundem Chronologum trigeminam distributionem. Neque enim constare ibi mendacium potest.

IX. Eos o. Autores, qui in Bibliis 60 a. Terachi & 118 durantis occupationis Canaanæ omittunt, secutus est Berosus, nam tot annos & ipse omisit in numero Assyriorum Regum; quos 178 a. si ejus numero adjicias, pervenies ad a. m. 3282; Casus Sardanapali, unde ad captam Babylonem ob Alexandro m. 543 anni sunt, uti Cl. *Helvicus* in Theatro p. 5. l. 6 à fine recte habet. Unde apparet Berosum effinxisse nomina Regum Assyriorum & numerum annorum, ejusque Chaldaica fidem non mereri. Sed de eò in Disp. Chronol. bono cum DEO accuratè agam. Cui hæc non satisfaciunt ad 118 o. Itineris Israelitici demonstrandos, illi nil satisfacit.

Decimò, & ultimò: cum ad demonstrationem eorum 118 a. etiam pertineat certa definitio annorum ducatus Josuæ, qui in eis comprehenduntur, quos 25 definivi in Tob. 4: Ex calculatione autem A. Jubileorum ea haberi possit; Hic primò de *Annis Jubileis & Sabbaticis* præmittenda tractatio, & posteà ostendenda est ex eis, 25 a. quibus Josua Israelitis præfuit, *definitio apodictica*. Observantiæ utrinsque anni sunt *vel* communes; 1. agriculturæ *intermissio*, seu agrorum quies. 2. debitorum *remissio* s. condonatio. 3. servorum quà talium *dimissio*: *vel* Jubilæo peculiares; 1. eorum, qui quavis de causâ privilegio manumissionis in anno Sabbatico renunciarant & hactenus detenti fuerant, manumissio vel personæ vel totius familiæ, sine renunciationis libertate. 2. Prædiorum s. agrorum oppigneratorum (non enim absolutè vendebantur) restitutio absque pretii redhostimento. In iis omnis attendenda est institutio, initium, & spatium interjectum. *Institutio* facta est primò statim exitus ex Æg. annò 2514. Lev. 25, 2. seq. deinnò *Sabbaticò*, et v. 8. seq. de *Jubileò*. Institutio s. celebratio horum per Mosen populo Israelitico primùm injuncta, non jamdudum facta, & dicto annò demum solenniter repetita est, licet summo a. 987 *Enochi* in cœlum sublati in 1417 septennio possit dividi, & *Jacob* bis septem annos pro Rachele servierit, & septeni anni vilitatis & levitatis annonæ in Ægyptò fuerint: & *Eusebius Pamphili* ex sui Judæi, quosi omnium eo foret sententia, opinione scribit in l. Chron. *Apud Ebraos usque ad nativitatem Abraha computantur a. 1950. Usque ad diluvium enim ad Adam habent a. 1656, & inde ad Abraham 294. Et ideò 39* (IXL, unitos perùt) *Jubilei ad nativitatem Abraham computantur: Ultimo enim Jubileus 50 anni sunt.* Verbo *institutionis sunt* Lev. 25, 2. *quò anno ingressi fueritis hostiliter eam terram hostiam, quam do vobis, tum interquiescere cogentur agri quietè coactâ infesti Jova. 3. Sex sequentibus annis seminato agrum tuum, usque sex annis pumbis vineam tuam, & colliges proventum illius. 4. Annò iterum sequente septimò intermissio agricultura esto Sabbato sacro Jehova: agrum tuum non ferito, & vineam tuam non putato. 5. Spontaneum demetendum* (gro meo) *non metito, & uvas sine culturâ natas non vindemiato: annus communionis esto omnibus fundis. 6. Scilicet esto fundorum communis fructus omnibus vobis in cibum; tibi inquam & servo tuo, & ancilla tuæ, mercenario item tuo, & incolæ tuo apud te subsistenti. 7. Jumento etiam tuo, & feræ in terra tuâ communis esto proventus ejus in escam.* Hactenus de Geminò Sabbaticò, *primò coactò*, ob hostilem impetum factum 6. prioribus mensibus in Canaanæam Orientalem citro Jordanem, & 6 poster. mensibus in Occidentalem trans Jordanem; & *secundò spontaneo* Ebræorum in utrâque. Sequitur statim de *Jubileo. 8. Abeòdem etiam annò* (exclusivè) *numerato tibi septem septennia, septem sc. annos septies* (septem autem septeniorum summa facit tibi 49 annum. 9. *Tum cò promulgato clangore tubæ* m. 7. d. 10. *ejus mensis propitio futuro, illo inquam promulgato per totam terram vestram* 10. *Ut enim consecretis totum annum* (à coactò Sabbaticò inclusivè) *sic quinquagesimum, & proclametis per totam terram omnibus civibus ejus: Jubileus annus ille esto vobis, quo quisque revertamini ad avitam bona sua & ad familiam suam* 11. *Jubileus iste annus 50 simus* (inclusivè à primò) *esto vobis: ne seminate, neque metite spontanea gramina ejus; neque vindemiate uvas spontaneas ejus.* 12. *Cum Jubileus sit, sacrosanctus esto vobis, ex quovis fundo comedetis proventum ejus.* 13. *Anno Jubileo isto quisque redibitis ad avita bona sua.* De *initiò Sabbatici primi* & *Jubilei* ejusdem realis ex textu clarum est, esse Mosis ultimum vitæ annum, mundi 2553. quia 1, eò annò hostiliter aggrediebantur citerlorem Canaanæam, & Aradi, Sihonis & Ogi regna occupabant sine suorum cæde. Præcipuè d. 10 Sept. cum Sihone depugnatum est: eum diem fore propitium & totum jejunum ob pugnam, 38 annis ante DEUS prædixit. 2. quia citerior Canaanæa tota belli facibus ardebat, ubi tunc erat tempus pacatum sementi? Ergò à 10 Sept. inchoabatur ille coactus Sabbaticus per 6 menses, & per sex sequentis anni in Canaanæâ ulteriore, ubi Israelitæ metebant quæ non severant. Hic annus erat Sabbaticus & Jubilealis simul, quia 3. mera jubila vigebant inter Israelitas victores ubiq; locorum. Quo 4. sequentis o. m. Sept. occupatos arabant fundos suos: & 5 quia Moses citerior & Canaanæam omnem distribuebat Rubenitis Gaditis & dimidiæ Tribui Manassis Num. 32, 20 & seqq. v. 39 & seqq. Hic ergò erat primus annus κληρονομίας biennio 2253 & 2554 insistens. Tandem 6 quia hinc ad XX memoriale Jubileum (inclusivè cum hoc reali, XXI) a. m. 3533 sunt 980 anni, de quo habetur Jer. 28 & 34. Et ad An. J. C. Ministerii publici 4170 sunt XXXIII Jubilæi annorum (reali inclusò, 34) & quo Chiskiæ o. 14 & 15 erat Sabbaticus 124. A. M. 3414. 3415. Ergò semper anni Jubilei & septeni Sab-

Sabbatici coincidunt, & hinc habent prædictas tres observantias quoad tempus commones: Et ex radice septeni quadratum 49 non 50 oritur. *Spatium* ergò orbis Jubileus habet semper 49 non 50 a. sed dicitur *quinquagesimus* utroque Jubileo inclusso, estque idem 49 alterutrò exclusso: Proinde & in triennium non quadriennium (licet id Omnipotentiæ divinæ esset possibile, sed quæritur de ejus voluntate in SSra declaratâ & revelatâ) beneditionem suam promisit. Prout dicitur triduum licet non dentur 72 horæ: & septimana etiam dicitur octiduum, & lustrum 4. ann. Romanum dicitur quinquennium, & Græcis *Pentaeteris Olympias*, quæ 4 an. constabat. Omnes Sabbatici sub invicem cadunt in Tabb., & quidem quovis Cyclo ⊙ 28 ann. quaterni, quia is Cyclus ex quater-septenis est compositus. Et quia primus Sabbaticus est primus secundi quaternionis, ergò *secundus* Sabb. est tertius tertii. Et *tertius* est quartus quinoti. Et *quartus* Sabb. est secundus septimi quaternionis.

4. Ex his ita digestis summa annorum Ducalium Josuæ in Biblis implicitè existens, explicitè demonstratur operatione Arithmetica. Assumatur quivis Annus Jubileus post Josuæ mortem dissitò satis spatio occurrens: summa divisa per 49 semper 24 supererit, ergò desunt 25 anni, quo minus to anni Jubilei initium coincidat utrumque extremum; & hoc residuum sunt 25 Josuæ. E. g. Annus Job. 20. Mundi 3533, de quò Jer. 28 & 34. abest à Josuæ obitò *exclusivè* 954 a. Hæc summa per 49 divisa, dat quotum 19, & remanent 24. E. 25 a. desunt ad plenum orbem 49 a. illi sunt Josuæ anni ducales. Ratio; quia post mortem Josuæ sunt 24 anni ad Jubileum Memorialem primum, in Cusanis Tyranni quarum incidens. Ergò in scripturis extat Josuæ ducis spatium apodicticum 25 an., licet Celeberr. *Isaacus Vossius* neget in scripturis eam definiri epocham, quia non explicitè sine additione & divisione in Biblis exter. At sic explicitè non dicitur Cajum vel Titium salvos fieri, licet satis determinet, unde agnosci possint salvandi.

5. De 430 A. Regum Israelis & Judæ.

1. Ista Epocha duo habet latera *dextrum* & *sinistrum*: illud 40 a, hoc 390 a. habet. Schema istud DEUM habet autorem Ezech. 4, 4. *incumbito lateri tuo sinistro.* 5. 390 *dies pro totidem annis Idololatriæ domus Israelis* 6. *incumbito lateri tuo dextero, referent pœnam Idololatriæ domus Judæ per 40 dies pro totidem annis.* Ergò sub annis Josuæ & sequentis nequeunt concipi; nisi latus dextrum & sinistrum sit unicum tantum, sed sunt 40 anni domus Judæ à quartò *Sal. Regis* annò, quo templum struere incipiebat, ad Rechabeami primum; præcisè 40. Nam tres primi Salomonis anni compensantur post ejus mortem tribus annis Schismatis invalituri, quodum adulti, de quibus 2. Ch. 11, 17. Tum sequuntur 390 anni, divisi in 91, quorum ultimus est unicus Achasiæ, mundi 3242: posteà, 164 sextum Chiskiæ includentes ad a. m 3406. Tandem 135 anni à *septimò* Chiskiæ inclusivè ad destructionem Hierosolymorum. Posteà Captivit. Babyl. 70. anni. 1. Regum *Judæ* & *Israelis* per alterlissimus temporum 255 a. duravit, 10 duo divisus, 91. & 164 a. In priore 91. a. membrò S. Scriptura tribuit 95 annos *Judæ* Regibus sex, *Rehabeam* 17. *Abia* 3. *Asa* 41. *Josafat* 25 *Joram* 8 *Achazia* 1. *Israelis* Regibus 98 a. *Jeroboam* 22, *Nadab* 2, *Baasa* 24, *Ela* 2, *Simri* 7. d., *Omri* 12, *Achab* 22, *Achasia* 2, *Joram* 12. qui ambo ad 91 a. hoc modò exæquari debent, quia coinciduni Ahasiæ & Joramii fines.

	JUDÆ			ISRAELIS	
1	3152 *Rehabeam* 17 a.		1	*Jeroboam* 22. a. 1. R. 14, 20.	
	&c. 1. R. 14, 21			&c. &c.	
17	3168		17	17	
18	3169 *Abia* 3 a. à 18		1	18	
19	3170 *Jeroboam* 1. R. 15, 1.		2	19	
20	3171		3	20	
21	3172 *Asa* 41 5. ab NB		1	21	
22	3173	elapso 20 *Jeroboam* 1, R. 15, 9. 10,	2	22. 1. *Nadab* 2 a. à 2 *Asa* 1 R 15, 25	
23	3174		3	1 2 *Baasa* 24 a. incipiens à 3. *Asa* 1 R. 15, 9.	
	&c.	&c.		&c. &c.	
46	3197		26	24. 1. *Ela* 2 a. à 26 *Asa* 5. R. 16, 8.	
47	3198		27	1 *Omri* 2. *Ela. Simri* 7. d. in *Asa* 27 1 R 16, 10, 15.	
48	3199		28	2. 2. a. 1. R. 16. 23 cum *Tibni*	
49	3200		29	ad 1 *Asa* 5 Sex solus,	
	&c.			&c. &c ultimum cum Filio	
58	3209		5	12 1. *Achab* 22 a incipiens à 38	
59	3210		39	2 *Asa* 1. R. 16, 29.	
60	3211		40	3	
61	3212		41	4	
65	3213 *Josaphat* 25. a.		15		
	&c. à 4. *Achab*			&c. &c.	
78	3229	fin. 1 R 22.	1751. 1.	*Achasia* 2. a. cum Patris	
79	3230	41. 2.	18 22	ult. biennio 17 & 18 *Josafat* 1. R. 22, 51.	
80	3231		19	1 *Joram* 12. a incipiens 18 *Josafat*	
	&c.			&c. &c.	elapso 2 R. 3, 1
83	3234	*Joram* 8 a	1.	23 4	
84	3235	à 5 *Joram*	2.	24 5	
85	3236	*mortis* 2 R	3.	25 6	
	&c.	8, 16. 17.		&c. &c.	
91	3242	*Achasia* unicò	8	12	
		anno, 12 mò *Joramii* 2. R. 8, 25. 26.			

6. Hic unici anni ultimus Rex Achasias difficultate premitur, duobus sc. textibus diffidentibus. 2. R. 8, 25. *Anno duodecimò Joramii f. Achabi regis Israelis, regnabat Achasia f. Jehoram rex Judæ.* 26. *Degebat 22 annum Achazia, cum regnabat, anno unico regnabat in Jerusalem.* &c & 2 Chr. 22, 2. *Degebat* (filius erat) *42 annum Achasia cum regnabat ipse, & annò unicò regnabat in Jerusalem.* Conciliationes Rabbinorum & Christianorum reliquorum prætervectus, ut nihil sani habentes, *Vatablii* ex Rabbinis & Christianis partialiter hauftam nego admittendam. Si Achasias statuatur regnasse cum Patre Joramò, *filius 22 annorum* è I. Regum, at 42 *annorum* è libro 2. Chr, tum sequuntur hæc duo absurda. 1. quod Achasias biennio major fuerit Patre, siquidem Istò 2. Chron. 21, 20 post 32 a. ætatis

ætatis, & deinde 8 a. regni, summatim 40 a. mortuò, successit filius Achasias 42 a. fuisse dicitur. 2. Vatablus ergo vult, Ahasiam cum Patre 20 a. regnasse. E. & ipse Pater cum filio mtidem. At 2. Chr. 21, 20 dicitur 8 tantùm regnasse annos.

7. Vera ergò enneiliatin est, quod fuerit 22. a. ætatis, atque unicum annum sunm in 42 seculi sui, à mundò conditò 33 ij, incidentem habuerit. Quem unicum annum seculn isti alligare vulnit Spir. S. qnia unicum annû, & tantò minus fallaciæ convincibilem, & qnia 390 a. ex tribus membris primi ultimus, ipsiusque Jorami & Ahasiæ ἐνάσιμος, neque retrahi vel prnduci pntest, niut rumpantur vel illa Cndrn. Neque prnrsus absimili exemplo *Chiskiæ* 14. & 15 a. (2. R. 18. & 19. item Es. 36 & 37) & Regni ejus & Seculi 35 ti coincidunt. Et ab hôc *Chiskiâ* æra Nabonassarea incipit, inque ejni 14 & 15. incidebat 124. Sabbaticus annus, uti in annum 9. *Jorami* Israelitici incidebat XIV Jubileus, quô Sunamitidi ex Palæstinâ reduci *Joram* prædictus Rex domum & agros eum fructibus septennii absentiæ ex vi & prærogativâ anni Jubilei restitui jubet m. a. 3239.) Qnod verò nemo hactenus hanc S. Scripturæ enneiliationem, qvam nos duntaxat huc transcribimns, nnn ut autor constituimus, amplexns est, fit quia nemo nmnim determinare hactenus illum 42. a. istius seculi, aut ejus quemvis alium pnruit: ut autem ignoti nullæ sunt præceptiones, sic qnod nescierunt, amplecti & tradere nnn potuerunt. Sed in Disp. Chronol. hæc per Rabb. & Christiannrnm quamplnrium sententias vel contrarias vel diversas in mélinrem lucem pnnenint ut prolixè ita ad DEI solius gloriam.

8 In secundô parallelnrum Regum *Judæ* & *Israelis* membrn, istis 7 Scr. tribuit 165 a. *Atalia* 6 *Joasi* ejus filio 40 *Amasiæ* 29 *Ussiæ f. Asariæ* 52 *Joramo* 16, *Achaso* 16 & *Chiskiæ* 6. Regibus autem *Israelis* decem 143 a. *Jehu* 28, *Joachas* 17, *Joas* 16, *Jeroboam II.* 41, *Zacharias* mens. 6. *Sallum* m. 1. *Manahem* 10. a., *Pecaja* 2, *Peca* 20, *Hosea* 9, ex a quari autem ambæ summæ debent, quia cum annn Chiskiæ 6 finitn finitur Regum I. & II. parallelismus, seu regnum Israelis; & possunt hoc mndô, ut unicus annus in R. Jndæ cnincidat cum successire, manetque 164 a., qni ultimni pet 163 a. hinc inde se subdnxerit, & subintelligi debeat: aliàs 24. & 15 *Chiskiæ* nnn incidit in ambas Sabbatici sen. m. partes in biennin distinctas.

	JUDÆ			ISRAELIS	
5	3243	*Atalia* nefaria	1	1 *Jehu* 28. a. à R. 10, 36.	
&c.		6 a. 2 R 11, 3. 4	&c.	&c.	
7	3249	*Joas* ejus filius	7	7	
&c.		40 a. à 7. *Jehu*	&c.	&c.	
29	3271	2. R. 12, 1. 2.	23	1. *Joachas* 17 a. à 23 *Joasi*	
&c.			&c.	&c. R. 13. 5.	
44	3286		38	16. 1 *Joas* 15 a. à 37 *Joasi* abso-	
45	3287		39	17. 2. luto a. R. 13, 10.	
46	3288	*Amasias* 29 a.	40	3	
47	3289	à *Joasi* Isr. fi-	2	4	
48	3290	nente a R.	3	5	
49	3291	14, 1. 2.	4	6. 1. *Jeroboam* II. Prorex Pa-	
&c.			&c.	&c. triæ in Syros militantis	
60	3301		15	1 XII. *Jerob.* II. 41 a. post Pa-	
&c.			&c.	&c. trem, à 18 *Amasiæ* a R.	
74	3316		29	15. XXVI. 14, 23.	
75	3317	*Vssias* f. *Azarias*	1	16. XXVII.	
&c.		52 a. à 27.		&c.	
100	3342	*Jeroboam* a	26	41. LII.	
101	3343	R. 15, 5. 2.	27	5. Interregnum 11. a. 6. m.	
&c.			&c.	&c.	
112	3354		38	12. *Zacharias* m. 6. in 38 *Asa-*	
113	3355		39	1. *ria* 2 R. 15, 8. *Sallum* m. 1.	
				Vssiæ 39 a. 2. R. 15, 13. *Ma-*	
114	3356		40	*nahem* sponte 11. m. At 10. an.	
&c.			&c.	&c. *Phul Assyrii* autoritate ab	
				elapsô 39 *Asariæ* 2 R. 15, 17.	
124	3366		50	1 *Pecaja* 2. a. in 50 & 51 *Aso-*	
125	3367		51	2 *ria*. 2. R. 15, 21	
126	3368		52	1 *Peca* 20. a. à 55. *Asariæ* 2.	
127	3369	*Joram* 162. à 2 *Pe-*	1	2 R. 15, 27.	
&c.		*ca* 2 R 15, 32. 33.	&c.	&c.	
143	3385	*Achaz* 16 a. à 17	1	18	
&c.		*Pega* finitô	&c	&c.	
146	3388	a R. 16, 1. 2.	4	1 *Hosea Rex & Propheta* à 20	
&c.			&c	&c. *Joramo* 2 R. 15, 30 seu 4.	
				Achasi Pecæ occisô 9 annis	
				ob sedinones inquietè regnat.	
155	3397		13	1 Idem *Hosea* à finito 12 *Achasi*	
156	3398		14	2 sub autoritate *Assyrii*, à 2.	
157	3399		15	3 R. 17, 1.	
158	3400 †		16	†	
159	3401	*Chiskiæ* 10 a. à 3	1	4	
160	3402	finito *Hosea*	2	5	
161	3403	a R. 18, 1. 2.	3	6	
163	3405		5	8	
164	3406		6	9 Finis Regni Israelitici.	

† Hinc discant Lectores morem Scripturæ, ad quemque Regem dies singulos non annos merantis, sed post aliqnot annos ad certnm diem finientis, qnô ipso tamen manet ad certos dies præcisus computus, qni centies in Scripturâ apodixin parit.

9. Reliqvum jam est 390. a. Idol. Israeliticæ membrum tertium 135. a. à fine regni Israelitici, ad finem regni Jndaici. Mensuram eam simol cum Annis Mundi Regum Jndæ anni cnnficinnr h. m.

3407. *Chiskias* post excidium R. Isr. a. 23.
3430. XIV. *Manasses* 2. R. 21, 1. 2. Chr. 33, 1. a. 55.
3485 & 86. XV. *Amon* 2. R. 21, 19. 2. Chr. 33, 21. a. 2.
3387. XVI. *Josias*. 1. R. 22, 1. 2. Chr. 34, 1. a. 31.
3528. XVII. *Joachas*. 2. R. 23, 31. 2. Chr. 36, 2. m. 3.
sed nb interregni spatium dandus est annus 1.
3519. XVIII. *Eliaqim*, qui & *Jojaqim* 2. R. 23, 36. 2. Chr. 36, 5. a. 11.
3529. XIX. *Jehojakin* f. *Jechonias* 2. R. 24, 8. m. 3. & a Chr. 36, 9. diebus 10. sumitur quasi a. 1.
3530. XX. *Sedecias* 2. R. 24, 18. 2. Chr. 36, 11. Jer. 52, 1. qni fuit transportari Jechoniæ & Ezechielis primnr a. 11.
3541. Finis regni Jndæ; quô *Undecimum* Sedeciæ nntavi ad finem decurrentem non incipientem.

10. A casu *Sardanapali* seu A. M. 3282 supputo 58 a. post nnn prnrsus sublatum Assyrinrum Imperium, ut Ctesias & ex ipsô Diodorus referunt, sed ex

póten-

potentissimo infirmum valdè redditum, quibus Sacerdotes eorum id refocillarunt. Hinc *Phul Bel Ochus* aliis *Phul Belochus*, per 48 a. regnat à M. A. exclus. 3328 ad *Feqachi* Isr. & *Jotami* Judæ annum primum 3369. Inde *Phulassar*, prænomine DIGLA sonante VEXILLUM, regit 32 a., (inversis numeris legitur 23, ut 7 a. ad *Chiskiæ* primum supersint) inclus. 3400. Malè aliis 25 a. ejus censentur.

